# PLUKENETII

# OPERA:

## VOLUMEN II.

# ALMAGESTUM BOTANICUM
SIVE
PHYTOGRAPHIÆ PLUKENETIANÆ
# ONOMASTICON
Methodo Syntheticâ digeſtum,

Exhibens

Stirpium exoticarum, rariorum, novarumque Nomina, quæ Deſcriptionis locum ſupplere poſſunt.

Cui (ad ampliandum regnum Vegetabilium) acceſsêre Plantæ circitèr *Quingentæ*, ſuis Nominibus ſimilitèr inſignitæ; Quæ nullibi niſi in hoc opere (ſex ferè Plantarum *Chiliadas* complectente) memorantur.

Adjiciuntur & aliquot novarum Plantarum

ICONES.

In gratiam Phylophytoſophorum in lucem nùnc editæ.

*Trahit ſua Quemquè Voluptas.*




*Nihil non Herbarum vi effici poſſe, ſed plurimarum vires eſſe incognitas.* Plin. lib. 25. cap. 2.

---

*LONDINI:* M.DC.XCVI.
SUMPTIBUS AUTORIS.
Secundò Excuſum, Ediderunt T. Davies, T. Payne, L. Davis, & C. Reymers, D. Wilſon, & Geo. Nicholls. M.DCC.LXIX.

# Sapientiæ Divinæ,

QUA

NATURA IPSA OMNIA VEGETANTIA

REGIT àc GUBERNAT.

Cujus Gloriam in excelsis
celebremus Amore, More, Ore, & Re omni.

*Nam sine* Te *nostrum nil valet ingenium.*



# BENIGNO LECTORI.

EUdoxus *ille ſplendidus tàm Phyſicus tàm Mathematicus olim (Solis contemplatione tantoperè raptus) è calore Phœbeo ſeſe conflagraturum eſſe conſtantèr in Votis habuerat, ſolummodò luminis ipſius Solis Syſtema totum (Solaribus ex viciniis) ſatis deprehenderet. Adeò in me exarſit excitatus iſte nec* Mecænatum *penuriâ, nec perverſitate faſtidiosâ Temporum, nec ullâ morum barbarie unquàm extinguendus Curioſitatis igniculus, quo ad* Vegetabilis *nova & rariora* Naturæ *luſtranda perpetuò accendor; ut perindè* mihi *eſt ac ſi lucernæ more lucendo conſumor: tàm magnum in rei* Herbariæ *ſtudio proficiendi deſiderium, & ardorem aliquando concepi, non minùs quàm ex* Nominis *Anagrammatiſmo indigitatur, ubi levi literarum tranſmutatione effluxerit ſententia* Ut pene Nullus ſic ardeo. *Uſque adeò verum eſt,*

*Rebus conveniant nomina ſæpe ſuis.*

*Hinc* Divinationis *genus illùd Veteribus ipſis uſitatum, quo ex* Nominibus *effectus ab illis progreſſuros conjectare ſolebant, ſuam duxit originem; quod (meo quidèm arbitratu) non omnino improbaretur, ſi* Nomina (*licèt ab ipſâ rerum* Naturâ *non ſint*) *ab aliquo eſſent excogitata, arte quâdam & ſcientiâ, cujus ex inſtituto rebus ipſis formâ (vel externâ) adamuſſim quadrare viderentur.*

*Certo enim certius eſt* Nomina *ut Symbola quædam data eſſe ad exprimendas & ſignificandas diverſitates rerum & naturas. Ideoque* Nomina *ut & quibus vocibus, tanquàm characteribus propriis, anteceſſores noſtri varia rerum genera ab invicèm diſcriminârunt. Nèc immeritò exclamavit* Marcellus Vergilius (Comm. in Dioſcorid. lib. 4. cap. 53.) *dicendo, Infælix profectò Ætas hæc noſtra, quæ nè antiqua in* Plantis *ſervaverit* Nomina, *nec novis appellare, & noviſſe eas gaudeat, patiaturque ſine honore nùnc eſſe quæ in* Naturæ *majeſtate antiquitas admirata eſt.*

Pythagoras *ipſe, qui ſempèr ænigmaticè loquutus, cum rogatus Quid eſſet ſapientiſſimum, reſpondit Numerum; ſic interrogatus, Quid ſecundum ad Sapientiàm, reſpondit* Illum *Qui impoſuit* Nomina *rebus: per Numerum intelligens* Mentem, *in quâ*

ſunt

# AD LECTOREM.

*ſunt rerum Exemplaria, per* Nominum *verò Impoſitorem intelligens* Animam, *cujus ſit dare* Nomina *ipſis exemplaribus conformia. Maxima enim* (*ut dicit* Ariſtoteles) *pars eſt humanæ Sapientiæ valdè ſimilia poſſe diſtinguere. Et* Platonis *erat effatum.*

Ος τὰ ὀνόματα εἰδῇ, καὶ τὰ πράγματα.

*Idèoque ex illius decreto* Δεῖ πρώτως ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα. *Cui illud* Iſiodori *maximè adſtipulatur.*

Nomina *ſi neſcis perit cognitio rerum.*

*In hâc* Plantarum *ſerie reperiet* Botanophilus *peregrina plurima; quæ ſuas quidèm nomenclaturas gentilitias ab* Americanis *ſecum attulèrunt in noſtrum* Orbem, *ſed nobis æquè barbaras àc ipſi ſunt* Americani: *Iis convenientiora* Nomina, *& nobis magîs familiaria, indere conſultum viſum fuit; quod factum neque inſolens hodiè aùt heri uſurpari cæptum, neque levitatis ullius. Enimverò* Romanos *&* Græcos *veteres, quibus acceptam ferimus linguarum quas poſſidemus propagationem, multa latuêre, quorum poſſeſſione hodiernum ſæculum gaudet.*

*Non omnia grandior Ætas*
*Nos quæ ſcimus habet; ſeris venit uſus ab Annis.*

*Imprimis ſicuti totus* Novus Orbis *antiquorum nemini cognitus erat, ſic & divitiæ* Plantariæ, *quas is ſuo ambitu complectitur: proindè, cùm plures ſint res quàm vocabula, neceſſitas imperat* ὀνοματοποιεῖν, *& novas res novis* Nominibus *exornare.*

*Non eſt igitur ut quiſquam Inſtitutum noſtrum in hoc Opere planè infructuoſum & inutile futurum vereatur, etſi nullas* Plantarum *deſcriptiones catalogo noſtro publicare ſtatuerimus, cùm illarum* Nomina *adeò artificiosè ſunt rebus ipſis ſecundùm partium configurationes accommodata, ut deſcriptionis loco inſervire apprime poſſint.*

*Neminemque velim moveat* (*Lector optime*) *nec id à nobis factum quiſquam admiretur, ſi noſtro* Almageſto *plures* Plantarum *imagines non appinximus, cùm immenſus ferè nobis ſit* Stirpium *ex longinquis regionibus advenarum, & à nemine hactenùs editarum numerus; hoc* (*ſi veritatem fateri debeam*) *factum eſt, non quòd deeſſent* Plantæ, *nèc quià opus hoc aggrediendi voluntas defuerit.*

*Ardet adhùc animus, nec deficit uſque voluntas.*

*Sed ob magnos ingenteſque ſumptus, quos diutiùs tolerare non poteram;* Fortuna cæca vix niſi invita melioribus favet, quaſi diſſonum ſit & incongruum *Pluti* cum *Apolline* commercium.

# AD LECTOREM.

*In præſentiarùm idèo feſtinandum duximus, ut paucis cùm iconibus nuda tantummodò* Plantarum Nomina, *inſtàr Faſciculi in unum collecta, in lucem propellamus, ut eorum recordatio apúd poſteros tamdiù vigeret, donèc clarior quidam medicus vel* Apollo, *cui facultates ad* Plantas *explorandas, delineandas, ære incidendas magis abunde ſuppetant; cui itidem partes Stirpium tàm memorabilium, & tàm novetèr inventarum, magis eſſentiales meliùs innoteſcant, loco eorum introducat nova* Nomina, *Naturæ characteriſmis magis adæquata, & idonea.*

*Tu intereà hoc ſpeculum* Botanicum, πραγμάτειαν *verè* μεγίστην, *Opus, ſi quid aliud, grande & magnificum, plurium annorum, & laboris improbi, ipſâ etiam utilitate ſe commendaturum, eruditis* Botanophilis *tamdiù expetitum, noſtroque hoc ſæculo adeò neceſſarium, ut illo carere haùd facilè poſſit, ad incrementum medicinæ & tuum oblectamentum jam publicè factum, benevolè ſuſcipe, atque in uſus tuos liberaliter fruere, & bene vale.*

—— Atque ab arbore caſtâ
—— Nobiſcum necte coronam
Poſtibus, & denſos per limina necte corymbos.

Ex Ædib. noſtr. ad Palatium antiquam apùd Weſtmonaſt. Anno à nato Mundi Salvatore M DC XCVI.

Almageſtum

# Almageſtum Botanicum.

## A.

ABAVUS, *Æthiopicus* fructus *Bello*, *JB.* vid. *Curcurbitifera Arbor.*

ABELMOLOCH *Mauritanorum Imperato CBP.* vid. *Ricinus.*

ABELMOSCH vulgò, vid. *Alcea.*

ABHEL. *Guilandini.* vid. *Cupreſſus.*

ABIES minor, longioribus ſetis, ramulorum ex omni parte prorumpentibus; *Pinaſtrum* referens. Abies foliis prælongis, Pinum ſimulans, *Raij Hiſt. Pl. app.* 1916. an Picea pumila *Cluſ. Hiſt.* 33. *J B. T.* 1. *lib.* 9. *p.* 241. *Park.* 1538. Picea minor *CBP.* 493. & fortè Pinus Tubulus, *s.* Tibulus Plinio, *Dalechamp. Hiſt. Ludg. p.* 47.

Hanc elegantem *Abiegnam* ſpeciem, ſimilitudinis propinquitate, à *Cl. Hermanno* in *Horti Acad. Ludg. Batav. Catalogo* pag. 497. inter Pinorum genera annumerari, & pro Pino maritimâ minore *CBP.* haberi exiſtimare æquum eſt, eò quòd hujus alioquin non reticendæ Arboris nullam inter Abietes mentionem facit, etiamſi in Hortis *Batavorum* celebrioribus, in hunc uſque diem, nihil fermè frequentiùs colitur, ut nobis retulit D. *Tancredus Robinſon*, M. D. vir omni eruditione clarus, & de re Herbariâ optimè meritus, qui æſtate præterlapſâ è *Belgia* in *Angliam* rediens, hujus ramulum, inter alia ſelectiora illic collecta, ſecum attulit, & nobis amiciſſimè donavit. Similes admodùm ſunt Arbores *Picea* & *Pinaſter*, adèo ut plurimos *Botanices* peritos hucùſque decepêre, unam pro alterâ aſſumentes: Tanta inter has convenientia veriſimilè in causâ fuit cur itidèm Antiquorum Botanicorum *Coryphæus*, ipſe *Dioſcorides*, ita ambiguè de *Peuce* & *Pity* loquitur, ut indè diſci nequeat utra earum Arborum ſit *Pinus* vel *Picea:* Hinc etiam probabile eſt *Cl. Cluſ.* dubitationem oriri de *Picea*, utrum ſit πίτυς *Theophraſti*, an ejuſdem Ἐλάτη ἄρρην. Inter tantas eruditorum altercationes circà hanc rem, quid ſi *Pityn* dicamus eſſe *Pinum*, & *Peucen* hanc noſtram Abietem *Pinaſtro* conſimilem (*i. e.*) *Piceam*, veram Antiquorum, concludamus. Hujus Ramuli picturam appoſui in *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 1. & illius brevem deſcriptionem, ab eruditiſſ. *Rajo* deſumptam, ſubjungere haùd gravabor. *Folia Abiegnis multò longiora, ut Pinùs videri poſſint, non tamen bina ſimùl ex eâdem thecâ exeunt, ſed ſingula è ramis enaſcuntur Abietinorum in modum creberrima, anguſta, in mucrones acutos & pungentes exeuntia, quem florem fructumve ferat, nobis incompertum. Ubi ſupra.*

Abies major conis ſursùm ſpectantibus, foliis pectinatim *Taxi* modo diſpoſitis, utrinque virentibus. Abies conis ſursùm ſpectantibus. *s.* mas. *CBP.* 505. Abies *Taxi.* foliis, *Herman. Hort. Lugd. Bat.* p. 1. qui rectè hanc diſtinguit *Abietis* ſpeciem à Fœminâ *Theoph. JB.* contrà ſententiam noſtri celeberrimi *Raji*, ut videre eſt in *Hiſt. Pl.* p. 1395. in Hortis curioſorum apud *Belgas* ubique occurrit, ut nos monuit idem laudatus vir *D. D. Tancredus Robinſon*, de quo hujus ſpecimen accepi.

Abies minor pectinatis foliis, *Virginiana*, conis parvis, ſubrotundis, a.i *Avevetl* & *Ahoehoetl.* ſive Tympanum aqueum, Abies *Mexicana* minor, *Hernand.* apùd *Rec. Hiſt. Mexic.* p. 92. in Horto cultiſſimo, noviſque & minùs cognitis ſtirpibus inſtructiſſimo *Reverendiſſ. Domini D. Hen. Compton, Epiſcop. Lond.* primò collegimus. à *D. Baniſter* è *Virginia* tranſmiſſa eſt, ubi Arbor vitæ noſtratibus audit. Hujus Iconem videſis *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 1.

ABROTANUM mas. ex *Surinam*, molli hirſutie caneſcens, noſtrum. *Raji Hiſt. Plantar. app.* p. 1866. in *Horto Fageliano* apud *Belgas*, jamdudùm collegit, & nobis impertivit ſtirpium rariorum cultor eximius, & nunc Hortulanus *Regius*, D. *Georgius London*; hirſutie exceptâ, haùd plurimùm à *magno Camphorato* diſtare videtur.

Abrotanum elatius ſubincanum, foliis creberrimis, ſecundùm caulem in metæ formam faſtigiatis: àn Abrotanum mas. trifido viridique folio. *Luſitanicum PBP.* 303? hoc elegantiſſimum Abrotani genus in *Horto Medico Chelſeiano, Londini* ſuburbano, oculis noſtris alioquoties luſtravimus: Cujas autem erat, quibus locis, quâ *Regione* naſcatur, aut undè hùc advenit, nos omnino latet Hujus imaginem habes in *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 2.

Abrotanum mas. *Tingitanum*, ramulis ad tactum glutinoſis; an Abrotanum *Campeſtri* ſimile *Tingitanum. Hort. Ludg.* p. 2? Noſtra tota planta viſcoſo quodam glutine manus inficit.

Abrotan. inodorum, foliis Crithmi obſcurè virentibus. *Schol. Botan.* 180.

Abrotan. fœmina verum *Dioſcorid. Zanon.* vid. *Chryſanthemum.*

ABRUS *Alpini*, vid. *Phaſeolus.*

ABSINTHIUM tenuifolium elegans, ex *Hiſpania Cl. Turnefortii, Phytogr. Tab.* 1.

Abſinth. *Halepenſe* tenuifol. grati odoris, comâ delicatiori. *Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 2.

Abſinth. Santonicum, *Arabicum.* D. *Bobart. Scheha Arabum*, Abſinthii *Genus*, circa *Bethlehem. Rauwolf. Hiſt. Ludg. app.* p. ult. *Aſſenzo Seriphio vero di Dioſcoride. Zanoni Hiſtor. Botan.* fig. 14. Hac pulcherrimâ Abſinthii ſpecie, cum plurimis aliis novis & illuſtrioribus Plantis, quas ſummâ diligentiâ, ac indefeſſis peregrinationibus, per totam ferè Europam, ſibi conquiſivit Ornatiſſimus Vir, & hujus *Botanices Scientiæ* verè Ornamentum, D. D. *Guliel. Sherard.* nos ditavit.

Abſinth. Eryſimi folio, Achaovan *Alpini* quodammodò accedens ex inſulâ *Jamaicenſi.* Matricariæ Achaovan dictæ ſimilis, Eryſimi foliis; Abſinthii ſapore, *Jamaicenſes. Phytogr. Tab.* 45. *fig.* 3.

Abſinth. minùs odoratum *Gangeticum*, floribus Chamæmeli ſolitariis, è foliorum alis; *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 2.

Abſinth. Ponticum, repens vel ſupinum. *CBP.* Abſinth. *Ponticum*, ſupinum Herbariorum *Obſ. Lob.* Abſinthium repens. *Tab. Icon.* hujus pictura exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 73. *fig.* 1. Abſinthii ſpecies, quibuſdam, Chamæmelum Chryſanthemum, *Fuſchſii J B. T.* 3. *lib.* 26. *fol.* 176.

ABSUS. *JB.* vid. *Sena.*

ABUTILON, ejuſque ſpecies. vid. *Alcea.*

ACACIA vera, *s.* Spina Ægyptiaca, ſubrotundis foliis, flore luteo, ſiliquâ brevi pauciorib. iſthmis glabris, & cortice nigricantibus, donata. Acacia nigra *Theophraſt*& *Plin.* lib. 13. c. 9. Acacia *Ægyptia, Neapolitana. Fab. Column.* apud *Reccum.* 866. Acacia foliis ſcorpioides leguminoſæ, *CBP.* 392. Acacia mas. *Pr. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 15. Acacia vera. *Bellon. Obſ. lib.* 2. c. 56. *J B. Hiſt. Pl. T.* 2. *l.* 12. *p.* 429. hujus *Icon* exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 123. *fig.* 1. ſub titulo Acaciæ *Africanæ*, ſpinis candicantibus horridæ, ſubrotundis foliis odoratiſſimæ.

Acacia altera vera, *s.* Spina *Mazcatenſis*, vel *Arabica*, foliis anguſtiorib. flore albo, ſiliquâ longâ, villoſâ, pluribus Iſthmis, & cortice candicantibus, donata. Acacia candida. *Theoph. lib.* 4. *Hiſt. Pl. c.* 3. & *Plinii*, lib. 24. c. 12. Acacia *Sant.* & *Akakia, s*, Acacia fœmina. *Pr. Alpin. de Pl. Ægypt.* Arbor *Setan*, quæ & *Alcharad* appellatur *Bellunenſis*, in *Interpret. vocum Avicennæ.* Acacia fortè *Veſling.* in *Obſervat. Proſp. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 6. Hujus Iconem videſis in *Tab. noſtra*, 251. *fig.* 1. *Phytogr.*

Eadem floribus luteis, forte Acacia *Ægyptiaca*, foliis ſcorpioides, leguminoſæ; ſiliquis albis, compreſſis, Iſthmo interceptis; floribus luteis. *Hort. Lugd.*

Acacia *Africana* Abruæ foliis, aculeata, ſpinis longiſſ. horrida *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 2. fortè Acacia Americ. ſpinoſiſſ. floribus luteis globoſis; fructu tenui, toroſo, dulci *Breyn. Prodr.* 2. an Frutex Palæſtinus *Bellon.* Myrrhæ arbor ab eodem creditus, *Obſ.* lib. 2. c. 80?

Acacia ſpinoſa, foliolis perexiguis, & velutì criſpatis, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 3. fortè Frutex foliis Acaciæ *Meſopotamicus. Fab. Column. Not. in Reccum.* Acaciæ ſimilis *Meſopotamica* minutiſſ. foliis, ſiliquâ integrâ, contortâ, craſſâ, & obtusâ, ſive ſiliquâ *Nabathæâ. Breyn. Prodr.* 2.

Acacia *Indica*, ſiliquâ tumidâ, tuberoſâ, *Breyn. Prod.* 2. Acacia *Indica Aldin. Hort. Farneſ.* fol. 2. Acacia *Americana*, ſiliquis teretibus, ventrioſis, floribus luteis, *PBP.*

Eadem floribus albis. *PBP.* fortè *Uty Braſilienſibus. Marcgrav.* lib. 3. c. 11.

Acaciæ *Indicæ Aldin.* ſimilis, ex *Inſula Maderenſi.*

Acacia *Maderaſpatana*, foliolis parvis, aculeis è regione binis prægrandibus horrida, cortice cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 4.

Acacia *Maderaſpatana*, minutiſſ. foliis, aculeis ferocibus, alternis, frondoſa; cortice itidèm cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 5.

Acacia *Americana*, grandibus aculeis, ad ramulorum exortum, cornua bovina referentibus, ſiliquâ roſtratâ. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 1. Acacia *Americ.* cornigera, ſiliquis in ſpinam abeuntibus. *PBP.* Acaciæ ſimilis, ſpinis corniformibus, *Mexiocana* quarta; *s.* Arbor cornigera *Mexiocana* quarta, *s.* Spinis magis expanſis, rectis, & craſſiſſimis,

latifolia, fructu minore roſtrato, rubro. *Breyn. Prodr.* 2 fol. 6. *Querna Luſitanis*; Hoitmamaxalli, ſive Arbor cornigera *Hernandez.* apud *Recc.* fol. 86.

Acacia *Americana* cornigera, anguſtifolia, ſtrictioribus aculeis. in *Hort. Reg. Hampt.* hodierno tempore colitur.

Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa, pinnis velutì lunulatis, acutioribus Myrti æmulis, nervo pinnularum, ad unum latus vergente, filiquâ latâ. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 2. an *Intſia Malabarorum. H M. P.* 6. p. 7.

Acacia *Maderaſpatana*, ſpinoſa, *Intſiæ* accedens, cortice cinereo, ramulis communi pediculo binis. *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 1. ſpinis aduncis.

Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa, ramoſior, cortice cinereo, ramulis plerùnque ex uno pediculo binis, aculeis rectis, brevioribus, craſſis. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 3.

Acacia tenuifolia *Maderaſpatana*, ſpinis brevibus recurvis, albicantibus, cortice fuſco; *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 6. *ubi pinnulæ nimis latæ & obtuſæ pinguntur, cætera ſtudioſiſſimè cælata, elegantèr ejus ramulum in medio Tabulæ, ſeorſim pictum, vides.* an Mimoſa arborea *Javanenſis* ſpinoſa, tenuiſſimis pinnis, ſiliquâ, latâ, pergrandi, ſpadiceâ. *Breyn. Prodr.* 2. fol. 73? Eadem fortè cum Mizquitl. *s.* Acacia Mexicana. *Hernand. apùd Recc.* p. 59. 455. & 867.

Acacia Zeylanica minùs ſpinoſa, pinnularum coſtis, & caule, rufeſcente hirſutie, villoſa. *Phyt. Tab.* 122. *fig.* 3. in *Hort. Reg. Hamptoniæ* collegimus. Fortè Mizquitl. *Michuacanenſis s.* Acacia *Nov. Hiſpan.* 2. *Hern. apud Recc.* p. 60. *(i. e.)* Tlacotic. 1^a. ejuſd. *Hernand. ibid. pag.* 417. ubi & Imago exhibetur.

Acaciæ fortè cognatus è Maderaſpatán. Frutex Vitis Idææ Bengalenſis noſtræ foliis, & ramulis alternis, ad foliorum ortum, ſpinis exiguis aſperatus. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 43. Hanc, ut & plures elegantiſſimas Acaciarum ſpecies, nec non quamplurimas alias perraras & peregrinas ſtirpes, quas nitidè exſiccatas, & inter chartas repoſitas, à Fratre ſuo chariſſimo, ex *Orientali India* ſibi advectas habuit Ornatiſſ. & perhumanus Vir D. *Carolus* du *Bois*, *Londinenſis* Mercator celeberrimus, & rei *Herbariæ* cultor eximius, nobis ad exſculpendum benignè conceſſit.

Acaciæ quodammodò accedens, *s.* Ceratiæ & Acaciæ media *Jamaicenſis* ſpinoſa, bigeminatis foliis, floſculis ſtamineis, atro nitente fructu, ſiliquis intortis. *Phytogr. Tab.* 1. *fig* 6. Unguis cati, arbor *Americana*, ſpinoſa, ſiliquoſa. *P B P.* Huic congener eſt Guabipocacabiba *Braſilienſ. Piſon.* Caſſiæ fiſtulæ non purganti *Braſilienſibus* affinis *Jonſtoni. Dendrolog.* p. 384. quam *Cl. Breyn.* eandem facit cum arbore ſuâ ſiliquoſâ *Braſilianâ*, ſiliquâ tortuoſâ, putreſcente, Fraxinellæ foliis. *Cent.* 1. *fol.* 7.

Acacia *glorioſa*, Lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato, luteo, ſiliquâ magnâ muricatâ *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 2. Arbor ſpinoſa Indica, muricatis ſiliquis *Park.* Arbor exotica ſpinoſa foliis Lentiſci. *CBP.* 399. itèm Rubus exoticus ejuſd. *C B P.* Rubi facie ſenticoſa Planta *Lobelio J B. Tom.* 2. item Lobus ἐχινώδης cum piſo duro, cinerei coloris, ejuſd. *J B. Tom.* 1. lib. 12. 439. itèm Fructus peregrinus tanquàm torno elaboratus argenteus *ejuſd. Tom.* 1. lib. 3. fol. 311. & fructus rotundus, levis, argenteus, *J B. T.* 1. lib. 3. c. 48. Inimboy *Braſilienſibus Marcg.* p. 12. Icon autèm minùs artificiosè delineata, exhibetur pag. 56. Arboris truncus ſpinoſus *Hiſt. Lugd.* deſcript. at figura ſub titulo *Nerii* facie ſecundo loco, habetur p. 1831. Bonduch *Zanoni* Caretti. *H. M.* p. 2. fig. 22, fol. 33. Lobus echinatus, fructu cæſio, foliis longioribus. *PBP.*

Acacia

Acacia *glorioſa*, Lentiſci rotundioribus foliis, ſpinoſa, fructu flavo. Fructus peregrinus 6. orbiculari penè rotunditate, tanquam torno elaboratus, flavus. *Clus. exot.* lib. 2. c. 29.

Eadem, fructu rubicundo.

Acacia *glorioſa Golcondæa*, ſpinis crebrioribus, Lentiſci foliis, Inimboy triplò minoribus.

Acacia *glorioſa* Lentiſci folio, ſpinis Vidua: an Bonduch *Indorum*, ſiliquâ minimè ſpinoſâ. *Raji Hiſt. Pl.* 1800. cujus ſiliquam, in Illuſtri *Medii Templi Londinenſ.* & omnium Rerum Naturalium refertiſſimo, *Muſæo Corteniano*, aliquandò ſe conſpexiſſe memoratur?

Acacia *glorioſa Zeylanica*, tinctoria, amplioribus foliis, ſpinoſa. Criſta pavonis, Coronillæ foliis 2ª. *s.* tinctoria Indica, flore luteo racemoſo minore, ſiliquâ latiſſimâ glabrâ, lignum rubrum *Sappan* dictum ferens. *Breyn. Prodr.* 2. p. 37. Erythroxylum. *s.* lignum rubrum *Indicum* ſpinoſiſſimum, Coluteæ foliis, floribus luteis, ſiliquis maximis. *PBP.* Santalum 8ᵐ. *s.* Ligno *Braſiliano* ſimile. *CBP.* 393. Lignum *Sapou* lanis tingendis percommodum. *Linſchot.* p. 2. *Ind. Or.* cap. 24. *Jonſt.* Dendrogr. lib. 9. f. 458. *Tsjampangam. H. M.* p. 6. *Tab.* 2. cujus lobus Pathanga *Zeylanenſibus* audit. & *Cluſio* ſub nomine Lobi membranacei nigri, tumidi, exot. lib. 3. cap. 16. (ex ſententiâ *Cl. Raji Hiſt.* 1737, & 1775.) deſcribitur, & depingitur. Lobus cortice membranaceo atro tumido *C B P.*

Acacia *glorioſa* ſpinis armata, (cujus lignum *Braſilia* dictum) tinctoria, Criſta pavonis Coronillæ folio 3ª. *s.* tinctoria maxima *Braſiliana* flore variegato, parvo; odoratiſſ. ſiliquâ aculeatâ, lignum *Braſilium* dictum, ferens. *Breyn. Prodr.* 2. 37. Erythroxylum *Braſilian.* ſpinoſ. foliis Acaciæ. *P B P.* Arbor *Braſilia Theveti. Hiſt. Lugd.* Santalum. 5ᵐ. vel Pſeudo-Santalum rubrum. *s.* Arbor *Braſilia C B P.* 393. Ibirapitangha, *s.* Lignum rubrum. *Piſonis* p. 164.

Acacia *Orientalis glorioſa*, Coluteæ foliis, rachi medio ad genicula, ſolummodò ſpinis, gemellis aculeata. Criſta pavonis Coronillæ fol. 1. *s.* floribus ſpicatis ampliſſ. ex aureo & coccineo variegatis, ſiliquâ Piſi. *Breyn. Prodr.* 2. 37. Frutex pavoninus. *s.* Criſta pavonis *ejuſd.* in *Cent.* 1. Erythroxylum Indicum minùs ſpinoſum, Coluteæ foliis, ſiliquis auguſtioribus, flore ex luteo & rubro elegantèr variegato. *P B P.* Flos Indicus, Cauda pavonis dicta, *Cat. Hort. Leyd. jam olim edit.* Monarakudimbija *Zeylonenſibus.* Flos pavoninus, *Luſitanis.*

Acacia *glorioſa* Coluteæ folio *Chinenſis*, rachi medio tàm ad genicula quam ad internodia, ſpinis curtis duplicatis, deorsùm inflexis, munito: an Wawoulæthya *Cingalenſibus* dicta, à Wawoulæ *(i. e.)* Veſpertilione, quod ejus ſpinulæ, ſimiles ſint unguiculis Veſpertilionum, quibus tanquàm hamulis Arborum ramis in *India* obſervantur affixæ?

Acacia *glorioſa* Inſulæ, *Jamaicenſis*, foliis minoribus ſubrotundis, ſpinis ad genicula ſimplicibus, floribus flavo-purpureis: an Acacia Orbis *Americani* altera, flore pulcherrimo. *Cat. HRP.* p. 3? fortè Camolxochitl. Maxiocan. *s.* Arbor floribus Caſſiæ *Herenandez apud Recc.* 361. Superba *Barbadenſium* Noſtratibus vulgò.

Acacia *glorioſa* ſpinis carens. Tsietti Mandaru. *Hort. Malab.* p. 6. *Tab.* 1.

Acacia *glorioſa Benghalenſis*, Seſban *Ægyptiacæ* foliis auguſtioribus, floribus ardentèr rubentibus, non ſpinoſa. à D. *Parry*, Chirurgo *Londinenſi* peritiſſimo, nobis fuit communicata.

Acacia

Acacia *Javanica* non ſpinoſa, foliis maximis ſplendentibus. *Hort. Beaumont.* Cadawang Indigenis dicta. an Acacia Coluteæ foliis ex *Java*, non ſpinoſa, ſiliquis longiſſimis. *Cl. Herman. Cat. Mſs*? vid. hujus Iconem in *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 3.

Acacia non ſpinoſa, *Jamaicenſis*, foliolis latâ baſi, in metæ formam faſtigiatis. Hujus exhibetur Icon in *Phytogr. noſtr. Tab.* 251. *fig.* 2.

Acacia non ſpinoſa Wagæ *Malabaricæ* ſimilis, è Maderaſpatan. *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 4. ſub titulo Codomoric, aliquandò etiam habuimus ex oris *Cochinenſibus*.

Acacia non ſpinoſa minor è *Quaracoa. s.* Curaſſavica, flore albo globoſo. *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 3. Acacia *Americana* non ſpinoſa, foliis Scorpioides leguminoſæ, flore albo globoſo, ſiliquis fuſcis. *Hort. Amſtelod.* p. 4. fortè Tehoaxin Mexicenſibus *Hernand. apud Recc.* 409.

Acaciæ ſimilis non ſpinoſa, ramulis alternis, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 5. àn Nilicamaram. *H. M.* pro hujus Synonymo, Canna Indica arborea *Zanoni*, ponitur à *Breynio. Prodr.* 1. cùm Nellikam *ejuſd.* huic magis convenire videatur.

Acaciæ affinis *Virginiana* ſpinoſa, ſiliquâ membranaceâ planâ, floribus albis papilionaceis. Anagyridis modo in Uvam propendentibus. *Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 4. Acacia *Virginiana* ſiliquis glabris. *Raji. Hiſt.* 1790. Anagyris *Americana* ſpinoſa floribus albis odoratis *PBP.* 311. item Laburnum odoratum *Cannadenſe*, foliis Coluteæ ejuſd. *PBP.* 345. Laburnum ſpinoſum *Mauritanicum*, foliis Glycyrrhizæ, flore albo. *Breyn. Prodr.* 1. itèm Glycyrrhiza, *s.* Glycyrrhizæ affinis ſpinoſa, arboreſcens *Mauritanica*. Laburni flore albo. ejuſd. *Br. Prodr.* 2. Arbor ſiliquoſa *Virginienſis* ſpinoſa, Locus noſtratibus dicta. *Park.* 1550. Acacia *Africana* Cornuti. *Florenti Schuyl Cat. Hort. Lugd. Bat.* fol. 6. *Cl.* noſter *Rajus* præcitato loco monuit, hanc arborem, Acaciam *Americanam Robini*, ab Hortulanis noſtris, aliiſq; ſæpiſſime falsò nominari; at pro hujus Synonymo, ab autore *P. B. Prodromi*, Acacia *Americana Robini* ponitur p. 311. ubi ſubjungit, *per errorem* in *Horto Lugd. Batav.* titulo Acaciæ, *Americanæ* Coluteæ foliis monococcæ, ſiliquis echinatis indigitata fuit; inſimùl autèm hunc errorem ex *Cornuto* conceptum eſſe planè innuens ac ſi hæc noſtra Acaciæ affinis *Virginiana* ſpinoſa, *(i. e.)* Anagyris *Americana* ſpinoſa, floribus albis odoratis *PBP.* eſſet re verâ unum & idem cum Acaciâ *Americanâ Cornuto Robini*.

Hujus arboris cortex interior ſuavis admodùm eſt ſaporis, adeò ut Glycyrrhizæ quam plurimùm accedat, quâ, cum ſapore, & foliorum figurâ, in tantum convenit, ut proindè, à quibuſdam Noſtratium in *Virginia* degentium, *The Liquorice Tree*, *(i. e.)* Glycyrrhiza arbor, vulgò nuncupatur.

Acacia trifolia. *CBP.* vid. *Cytiſo-ſpartum.*

ACAJAIBA arbor, cujus fructus *Acajou Piſonis.* Vide *Anacardium.*

ACANTHIUM. ejuſq; ſpecies. vid. *Carduus.*

ACANTHUS Sylveſtris, mitioribus ſpinis. Acanthus medius, rarioribus & brevioribus aculeis donatus. D. *Fagon. Sch. Botan.* 219. Acanthus ſpinoſus Syriacus. D. *Bobart.*

ACER majus latifolium, *Sycomorus falso*, foliis ex albo & viridi, elegantèr variegatis.

Acer majus folio rotundiore minusq; laciniato. *Raji Hist. Pl.* 1710. Acer montanum flavum, *s.* crispum. *C B. P.* 431. Opulus montanus. *Hist. Ludg.* 94.

Acer *Virginian.* folio majore, subtùs argenteo, suprà viridi splendente. *Phytogr. Tab.* 2 *fig.* 4. Acer floreſcens *Virginiana*, vulgò. Arborem hanc magnitudine & proceritate eximiam, in *Hort. D. Joh. Tradescanti Lambethæ* ad Austrum, jàm olim enutritam, sæpè conspeximus; sed eam ibi unquàm floruisse à nemine memoratum audiimus. Floribundam autèm hujus arborem, ac numerosis floribus ruberrimis ornatam, in *Hort. Med. Chelseian.* nuperrimè obſervavimus.

Acer montanum, *Orientalis* Platani foliis atro-virentibus. *Phytogr. nostr. Tab.* 252. Acer montanum tenuissimis, & acutis foliis. *CBP.* 431. Acer montanum. *Park. Theatr.* 1426. Aceris majoris varietas. *JB. Tom.* 1. l. 8. p. 168.

Acer trifolia. *CBP.* 431. Acer monspessulanum. *JB. T.* 1. l. 8. p. 167. an Acer *Cretica. Pr. Alpini exot.* p. 9. hujus Arboris hactenùs nullibì exhibetur genuina figura, nisi in *nostr. Phytogr. Tab.* 251. *fig.* 3.

Acer maximum, foliis trifidis & quinquifidis, *Virginianum. Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 4. & 5. Negundo perperàm dicta, Arbor *Virginiana. Hort. Beaum.* Arbor exotica, foliis Fraxini instar, pinnatis, & serratis. Negundo perperam credita, *Raji Hist. Pl.* 1798. Arbor fortè Saccharifera *Canadensium Indorum.* vid. *Rajum* 1701.

Acer *Benghalense*, Laurinis foliis, fructu tergemino, totidèm membranulis extantibus alato. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 1. hujus ipsissimæ Arboris exemplar, non ità pridèm ex Insulâ *Jamaicensi* allatum, accepimus.

Cui folia Lauri parùm abludentia, crassa, venosa, ex brevi pediculo, cauli appensa, bijuga, fructu ad ramulorum summitatem tergemino, vasculis duriusculis ternis, arctè cohærentibus, & ferè in unum conjunctis, membranis totidèm extantibus, alis muscarum similibus, unum è directo, cæteris lateralitèr adnexis, incluso. Plura non licet; sufficiet hujus Iconem genuinam demonstrasse, quam invenies in *Phytogr.* loco prius citato.

Aceris *cognata*, foliis oblongis, rugosis, serratis, ad Ulmum accedentibus; vasculis disjunctis, membranis foliaceis, seminibus ipsis appositis pluribus confertis. Ostrya Ulmo similis, fructu in Umbilicis foliaceis. *CBP.* 427. Fagus Sepium vulgò; Ostrys *Theophrasti JB. Tom.* 1. l. 8. fol. 146. & *Caspar Bauh. in Matthiolum.* lib. 1. cap. 95. Carpinus *Matthiol.* ibid. Ostrys. *s.* Ostrya *Theophrasti. Park. Theatr.*

Aceris *cognata* Ostrya dicta, floreſcens, *Virginiana.* Carpinus *Virginiana* floreſcens. *Phytogr. Tab.* 156. *fig.* 1. Fagus floreſcens *Virginiana*, Carpini foliis. *Horti Beaum.* ex seminibus à D. *Banister* è *Virginia* transmissis, in *Horto Comptoniano* copiosè provenit. Forte Tzitzin. *Nov. Hispan.* apud *Terentium*, qui *Recci* Icones explicavit, quam vid. ad *Thesaur. Recc.* fol. 436.

Acer minus fructu orbiculari, Salicis folio Brasilianum, *s.* foliis & fructibus majoribus. *Breyn. Prodr.* 2 fol. 8. Salix Brasilienſis folliculifera. *Johnston Dendrograph. Tab.* 126. Frutex innominatus instar Salicis pumilæ, in arenosis locis nascens. *Marcgr.* fol. 76.

Acer *Virginianum* odoratum. *Herman. Cat. H. Ludg. vid. Liquidambari arbor.*

ACETOSA *Virginiana*, anguſto longoq; folio. fortè Acetoſa *Pyrenaica*, anguſtiſſimo, & longiſſimo folio. *Sch. Bot.* 97.

Acetoſa Veſicaria *Tingitana*, perennis repens, foliis longis ſinuatis *Moriſ. Hiſt.* 2. 583. Acetoſa dentata perennis, *Tingitana. Zanon. Hiſt. Botan.* 14. Lapathum maritimum, fœtidum. *CBP.* 116. & in *Prodr.* 56.

Acetoſa Veſicaria, utriuſq; *Indiæ* annua. Acetoſa *Americana*, longiſſimis pediculis donata. *C B P.* 114. Acetoſa Veſicaria *American. Parkinſono. Raji Hiſt.* 179.

Acetoſa rotundifolia hortenſis. *CBP.* 114. *Raji Hiſt.* 180. Oxalis ſativa *Franca. s. Romana* rotundifolia. *Park.* Oxalis folio rotundiore repens. *JB. T.* 2. lib. 23, 991. Acetoſa ſcutata repens. *Triumfetti.* fol. 68. hujus autèm *Icon.* ad fol. 26. apponitur.

Acetoſa repens *Weſtmorlandica*, Cochleariæ foliis, apicibus nonnihil ſinuatis. *Phytogr. Tab.* 252. Acetoſa rotundifolia repens *Eboracenſis*, folio in medio deliquium patiente. *Moriſ. Hiſt. Pl.* 583. Acetoſa ſcutata repens. *CBP.* 114. & *Prodr.* 55. ut & Acetoſa rotundifolia Alpina ejuſd. in *Pinac.* & *Prodr. ibidem. Park. Theatr.* 744. Itèm Acetoſa *Cambrobritannica* montana. *ejuſd.* 745.

Hæc elegans Acetoſæ ſpecies non ſolùm *Weſtmorlandiæ* Provinciæ noſtræ Alumna eſt, ubi à D. *Thoma Lawſon*, viro rariorum Plantarum, in Angliâ ſpontè naſcentium, induſtrio admodùm Indagatore, primùm fuit inventa, ſed etiàm copiosè provenit in Cambriâ, juxtà Scaturigines aquarum, cautibus clivoſis *Montis Snowdon*, ſupra Vicum *Llandberis*, necnon ad rivulos in confragoſis rupibus Montis *Cader Idris*, ſuprà lacum quendam noſtratibus *Lhini-Cau* dictum, ut Amicus noſter plurimùm venerandus, & alter quidam Anglorum *Plinius* D. D. *Rajus* ex ſua propriâ Obſervatione reliquit, *Hiſt. Plant. app.* 1856. at in agro Eboracenſi à nullo unquàm (quantùm ego intelligerem) hactenùs reperta fuit, ideoq; nomen à *Moriſino* minùs propriè adaptatum erat; potiori etenim jure Natali Veſtmorlandiæ ſolo hujus titulus exornari debet.

Acetoſa aboreſcens, ſubrotundo folio; ex *Inſulis Fortunatis. Phytogr. Tab.* 252. Oxalis (fortè) rotundifolia, à *Rovillio* picta. *Ponæ.* Et Lunaria Magorum Arabum. *Penæ ejuſd. Deſcript. Montis Baldi ad finem.* Lunaria magorum Arabum. *JB. T.* 2. lib. 23. 994. *Lob. Obſ.* 470. & *Icon.* 808. Lunaria magorum Arabum quid? *CBP.* 355. Lunaria Oxalidis rotundæ folio, quam nondùm videre licuit. *CB. Phytopin.* 145.

ACHIOTL *Mexicana*, *s.* Medicina tingendo apta, *Hernand.* vid. *Orleana.*

ÁCINOS. vid. *Clinopodium.*

ACORUS verus *Aſiaticus*, radice tenuiore, vel Calamus aromaticus *Garciæ.* Vaembù. *H M. P.* 11. *Tab.* 48. haùd multùm differt à Noſtrati: fortè Capicatinga, aliis Jacarecatinga, Acori Species. *Piſonis* lib. 4. cap. 57.

ACULEOSA *Mauritanica*, Ericæ foliolis hirſutis, rigidis, infeſto mucrone pungentibus, flore amplo tetrapetalo, colore lurido, unguiculis magnis, atropurpureis. *Phytogr. Tab.* 252. *fig.* 4.

ADHATODE

ADHATODE *Zeylonenſium*, *Muſ. Zeyl.* hoc eſt Medicina fœtum mortuum expellens, *Græcis* Ecbolium *Hort. Lugd. app.* Dictamno fortè affinis *Indica* arboreſcens Lauri *Americanæ* foliis. *ſ.* Ecbolium *Zeylanicum* foliis Laurinis *Bryen. Prod.* 2. fol. 41. Wanæpala *Malabarorum.* Exſtat hujus Icon in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 173. *fig.* 3.

ADIANTHUM; *ſ.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pinnulis auriculatis ad baſim ſtrictioribus & rarius dentatis major, *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 5. an Polytrichum ſaxatile dentatum. *Carol. Plumier Deſcript. des Plant de L' Amerique Tab.* 50? Filiculæ petrææ ex *Inſulis Stœchadibus. CBP.* ſive Chamæfilici marinæ noſtratì proximè accedere nobis videtur.

Adianthum maritimum ſegmentis anguſtioribus *Caribæarum. Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 5. præcedentis videtur eſſe ſpeciem minorem.

Adianthum; *ſ.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis*, pinnulis auriculatis, dentatis, ad baſim amplioribus, radiculas ex nutante apice, in terram demittens. *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 4.

Adianth. *ſ.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pumila, pinnulis auriculatis, ad petiolum anguſtis per ambitum minutiſſimè denticulatis. *Phytogr. Tab.* 251, *fig.* 4.

Adianthum maritimum ſegmentis rotundioribus. *Schol. Botan.* p. 4. Adianthum mas *Tabern. Icon.* 797, *CBP.* 355. ubi planè fatetur, Quid ſit hoc Adianthi genus ſe nondùm aſſequi. Iconem hujus videſis in *Phytogr.* noſtrâ, *Tab.* 73. *fig.* 6.

Adianthum *Trichomanes* dictum, caule viridi, foliis ſerratis. *Mentzel. pugill.* Trichomanes minus & tenerius. *CBP.* 356. Trichomanes montana, coſtâ viridi, foliis altiùs inciſis. *Raji. Synops. Stirp. Britannic.*

Adianth. *Trichomanes* dictum *Virginianum*, in ramulos divaricatum. Trichomanes ramoſum *CBP.* 356. hanc ſpeciem in *Cambriâ* noſtrâ à D. *Lloyd* nuperrimè inventam eſſe audio, ac elegantur ramoſum muris ſaxeis innatum ipſemet conſpexi in Horto amiciſſimi Viri *Philippi Owen Armigeri*, apud *Maidſtoniam* in agro *Cantiano* non ignobile Oppidum.

Adianth. *ſ.* Trichomanes *Bermudenſe*, maximum, ſerratis foliis auriculatum. *Phytogr. Tab.* 125. *fig.* 1. ex dono D. *Petever* accepimus.

Adianth. *ſ.* Trichomanes maximum *Americanum*, ſubtùs argenteum, pinnulis productioribus, ſerratis, ſummo caule involutis, ex inſulâ *Jamaicenſ.*

Adianth. album floridum. *ſ.* Filicula petræa criſpa *Raji. Hiſt: Pl.* 153. Filicula montana florida perelegans, *ejuſd. Cat. Angl.* 109. Adianth. album criſpum Alpinum *Schwenckfeld. JB. T.* 3. *l.* 37. 753. Icon habetur in *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 2.

Adianth. album floridum, Cicutariæ folio, *Virginianum*, noſtrum. *Raji. Hiſt. app.* 1854. vid. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 4.

Adianthum foliis inferioribus Coriandri, cæteris Rutæ murariæ, vel Fumariæ, *Schol. Bot.* p. 4. Lunariâ racemoſa multifido folio. *CBP.* 355. Lunaria botryites ramoſa *Sileſiaca JB. T.* 3. *l.* 35. 711. de hujus Synonymis, ut ex probabili ſuâ ſententiâ, nunquam ſatis laudatus Vir D. D. *Sherard* candidè nos monuit, cujus & exemplar è penu ſuo paulo antè humaniſſimè impertivit, ubi ſtatim ſuſpicabar eandem eſſe hanc plantulam cum Adiantho vero affini minore, Scoticâ, folio obtuſo, ſaturatè viridi. D. *Sibbaldi Prodr. Scotiæ. P.* 2. *l.* 1. *f.* 8.

Adianth. foliis minutim in oblongum ſciſſis, pediculo viridi. *CBP.* 355. Adianthum album tenuifolium, Rutæ murariæ accedens *JB. T.* 3. *l.* 37. 743. in *Wallia* nuperrimè (ut aiunt) à D. *Lloyd* reperta eſt. Exhibetur hujus Icon *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 3.

Adianthum exoticum Rutæ murariæ æmulum, pinnulis oblongis, anguſtis, in ſummitate tripartitò retuſis. hanc elegantem Capillarem, æri incidendam, nobis communicavit D. *Parry* Chirurgus *Londinenſis*; cujus Icon habetur in *Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 5.

Adianthum nigrum *Chinenſe* tenuitèr diviſum, pinnulis minimis, obtuſis, plerumque bifidis. *Raji. Hiſt. Pl. app.* 1854. iſte conſummatiſſimus Philoſophus, qui apud ſuos omnium Botanicorum Pater & Princeps facilè æſtimandus eſt, non dedignatus fuit viva voce nos commonefacere, ſe dudùm opinari hanc pulcherrimam *Indiæ Orientalis* alumnam eandem eſſe Filici ſaxatili criſpæ. *Park. Theatr.* 1044. cujus Icon habetur in *append.* fol. 1686. deſcriptio *Rajana* ſubſequitur. *Hujus caudiculus*, s. *Scapus folii medius ramulos emittit alternos, in ſurculos paritèr alternatim poſitos diviſos, & hos demùm in pinnulas minimas ab anguſto principio paulatim dilatatas ad ſummum uſque, quod latiuſculum & plerumque bifidum eſt.* Hujus ramulum deſcriptionis Autor habuit ab egregio Botanico & Pharmacopæo *Londinenſis*, D° *Jacobo Petever*; qui poſteà ad Iconem exſculpendam nobis libentèr conceſſit, quam videſis *Phytogr. Tab.* 4. *fig.* 1. Adianthum minus, foliis in ſummitate retuſis. *Carol. Plumier Deſcript. des Plant. de l'Ameriq. Tab.* 50. *fig.* 6. huic noſtro accedere videtur, & fortè idem eſt cum proximo præcedenti.

Adianthum *Africanum* Rutæ murariæ æmulum, ſegmentis longioribus acutis. *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 6.

Adianthum radicoſum humi-ſparſum, s. Filicula pellucida noſtras, Coriandri foliolis mollicellis, globuliferum *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 5. Adianth. petræum, perpuſillum, Anglicum, foliis bifidis vel trifidis, *Newtoni. Raji. Hiſt. Pl.* 141. fortè Filicula ſaxatilis fol. Coriandri. *Mentzel. pugill.* Amicus noſter Dom' *Georgius Daire*, Pharmocopæus *Londinenſis* peritiſſimus, & ad *Herbariam Scientiam* promovendam paratiſſimus, fuit primus qui circà *Tunbrigiam Cantii* oppidum hanc plantulam ſpectabilem, anteà nobis inviſam, feliciter adinvenit, & inter amicos ſuos ſpecimina liberè diffudit.

Adianthum radicoſum erectius, foliolis imis biſectis, cæteris verò integris, tenuiſſimè crenatis. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 6.

Adianthum fruticoſum Coriandri folio Jamaicenſe, pediculis foliorum politiori nitore nigricantibus. fortè Adianthum fruticoſum *Braſilianum. CB. Prodr.* 150. vid. *Phytogr. Tab.* 254. *fig.* 1.

Adianthum fruticoſum Æthiopicum, pinnulis amplis, ſubrotundis, ſupernè dentatis, media pinnarum parte petiolis inſidentibus. *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 2.

Adianth. fruticoſ. *Bermudenſe* ſummis ramulis erectis, & in metæ formam faſtigiatis. *Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 1. à peritiſſimo Botanico Dom' *Jacobo Petever* habuimus.

Adianth. fruticoſum *Americanum*, ſummis ramulis reflexis, & in orbem expanſis. *Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 2. Adianth. Americanum *Cornuti* de *Pl. Canad. p.* 7. Adianth. fruticoſ. *American. Park. Theat.* variis Curioſorum in Hortis, circà *Londinum.*

Adiantho *Canadenſi* ſimilis ex inſulâ *Maderenſi.*

Adianthum *Chinenſe* perelegans ramoſum, folio flabelliformi cum rubedine perfuſo *Phytogr. Tab.* 4. *fig.* 3. Adianthum foliis Coriandri ramoſum, *Raji Hiſt. Pl. app.* 1853. Flabella perminuta ex *Indiâ* pro fœminis noſtris illata, cùm ſint plurimùm expanſa, hujus folia, ubique alterno ſitu diſpoſita, non malè exprimere videantur, ut videſis ex *Icone* ad *Tab. ſupradictam* appoſita. hujus ramulum optimè ſiccatum, è *Chinâ* advectum, nobis, ut & *Cl. Rajo*, communicavit ſuperiùs laudatus D. *Jacobus Petever.*

Adianthum *Jamaicenſe*, pinnulis auriculatis ramoſum, quinis ramulis ex eodem caulicula puncto expanſis ornatum. *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 3. Adianthum ramoſum radiatum, *Carol. Plumier. Deſcript. Pl. Americ. Tab.* 49. Polytrichum *American. Terterii, traite* 3. *des Antilles. Tom.* 2. *c.* 1.

Adianthum *Barbadenſe*, auriculatum ramoſum majus, ſegmentis craſſioribus minutiſſimè denticulatum. *Phyt. Tab.* 125. *fig.* 2.

Adianthum *Jamaicenſe*, Lonchitidis amplioribus foliis, non ramoſum, pediculo atronitente. *Phytogr. Tab.* 252. *fig.* 5.

Adianthum *Jamaicenſe* Lonchitidis falcatis foliis, ramoſum, pediculis ſplendentibus nigris. *Phyt. Tab.* 253. *fig.* 1. huc fortè ſpectat Adianthum nigrum, pinnulis Lonchitidis ſerratis, minus. *Carol. Plumier. Tab.* 48.

Adianthum *Narbonenſe* foliis longioribus & acutioribus pulverulentis, pediculo nigro *Sch. Bot.* munere D. *Sherard* accepimus; hujus pictura exhibetur in *Phytogr. Tab.* 124. *f.* 4.

Adianthum nigrum *s.* Dryopteris *Chinenſis*, lanuginoſa *Raji Hiſt. Pl. app.* 1854. an Lonchitis *Maranthæ*, Ceterach ramoſum quorundam, *Lob. Icon.* 816. *s.* Polypodium, *Iluenſe Hiſt. Ludg.* 1230. quæ ſecundum utroſque *Bauhinos* ſunt unum & idem? Deſcriptio talis ex *Cl. Rajo* ubi ſupr. *Hujus folia (totalia) longiora & anguſtiora ſunt, magnitudinis ratione habitâ, quam Dryopteris nigra Officinarum, in ramulos ex adverſo plerumque ſitos diviſa: at pinnulæ in ramulis alternatim plurimùm diſpoſitæ ſunt, hæ autèm diviſurâ ſuâ folium Quernum quodammodo imitantur; pediculi, ut in Dryopteride vulgari, ex ſpadiceo nigricant: Verùm hæc planta inſigni notâ ab omnibus nobis hactenùs viſis Capillarium ſpeciebus differt, quod non pediculi tantùm, ſed pinnulæ, ſeu folia ipſa hirſuta & lanuginoſa ſunt.*

Adianthum Calomelanos *Americanum, s.* Adianth. nigrum, foliis pronâ parte candidiſſimis. *Phyt. Tab.* 124. *f.* 3. fortè Adianthum nigrum Americanum, pulvere candidiſſimo aſperſum. *Breyn. Cent.* 1, 190. fortè etiam Conambai Miri. *s.* Adianthi Braſiliani ſpecies 2ª. *Piſon. p.* 234. & Avenqua Luſitanis minor, *Marcgr.* Ex inſulis *Jamaicenſi* & *Barbadenſi* nobis advecta.

Adianthum album *Canarienſe*, ramoſius.

Adianthum maritimum ſegmentis longioribus, anguſtis, auriculatis, & crenatis, *s.* Filicula maritima ex *Inſulis Caribæis* vid. *Filix.*

ADONIA puſilla, ſegetum foliis tenuibus trifidis, ſpicâ leviter piloſâ, caudam vulpinam referente. Ranunculus Alopecuroides Ajugæ foliis. *Boccon de Pl. Siculis fol.* 28. Ranunculus Ceratophyllos ſeminibus falcatis in ſpicam adactis *Moriſ. Prælud. Bot.* 299. Melampyrum perpuſillum luteum. *Park. Th.* 1328. Melampyrum luteum minimum. *CBP.* 234.

Adonia puſilla ſegetalis gramineis foliis ſpiſſis, flore obſoleto, ſpicâ caudam murinam æmulante. Myoſuros. *JB. Tom.* 3. *l.* 31. 512. Holoſteo affinis Cauda muris. *CBP.* 190. hujus proſapiæ ſunt inter *Herbas ſemine nudo polyſpermas*; & ad Ranunculorum genus accedunt.

AESCHYNOMENE ſpinoſa, latifolia, ſiliquis radiatis. *Breyn.* vid. *Onobrychidi affinis.*

Aeſchynomene, *s.* Mimoſa non ſpinoſa, major, *Zeylanica. Breyn.* vid. *Onobrychis.*

Aeſchynomene, foliis minimis, noſtra. *Raji.* vid. *Mimoſa.*

AGATY *HM.* vid. *Galegæ affinis.*

AGERATO affinis *Peruviana* fruteſcens. *PBP.* Elichryſo affinis *Peruviana* fruteſcens. *H. Ludg. Phyt. T.* 27. *f.* 1. Quinquina *s.* Arbor amara & Febrifuga quibuſdam falſo & faſtuoſè nuncupata, meo quidèm arbitratu, eadem arbor eſt cum Acapatli *Hernandez Recc. l.* 3. *c.* ult. quæ naſcitur apud *Panucenſes*, ubi etiàm vocatur à quibuſdam Quauhecapatli.

Agerato *Meſues* cognata procerior, Corymbis è luteo albicantibus. *HRP.* 6.

AGERATUM umbellâ candidâ, folio millefolii minoris, rigidiore tamen. *Cat. Lælii Triumfetti*, apud *Fratrem. fol.* 65.

Ageratum *Perſicum* foliis laciniatis, *Breyn.* vid. *Chryſanthemum.*

Ageratum ferulaceum *Dalechamp.* vid. *Chryſantheum.*

Ageratum purpureum *Dalech.* vid. *Lyſimachiæ purpureæ affinis.*

AGNUS CASTUS. vid. *Vitex.*

AGRIFOLIUM vulgò, vid. *Aquifolium.*

AGRIMONOIDES *Fab. Column. ecphras. fol.* 144. ubi ſatis accuratè pictam invenies. Agrimonoides, *Park.* 594. an Agrimoniæ ſimilis. *CBP.* 321?

AGUARA Quiya. *Piſon.* vid. *Solanum.*

AGUL *Perſarum.* vid. *Geniſta.*

AHATE *de Panucho Hernandez.* vid. *Anona.*

AIN-PARITI. *HM.* vid. *Alcea.*

AIRI *Piſonis.* vid. *Palma.*

ALATERNUS latifolia, Celaſtrus dicta, *Hort. Ludg.* 11. Celaſtrus *Theophraſto Cluſ. Cur. Poſterior.* fol. 2. *CBP.* 477. *Park. Theatr.*

Alaternus latifolia major, limbis purpureis, *Africana. Phytog. Tab.* 256.

Alaternus, *s.* Phylica elatior. *CBP.* 476. Alaternus 1ª. *Cluſ. Hiſt. Pl.* 50. Spina Burgi

Burgi *Monſpelienſium*. *JB. T.* 1. *l.* 5. *fol.* 542. Bourge ſpine *Monſpelienſium*. *Adv.* & *Obſ. Lob.*

Alaternus aurea, *s.* foliis ex luteo variegatis. *HRP.* fol. 6. *Moriſ. HRB.* 227.

Alaternus *s.* Phylica humilior. *CBP.* 477. Alaternus 2ª. *Cluſ. Hiſt. Pl.* 50. *JB. T.* 1. *l.* 5. *fol.* 542.

Alaternus argentea, *s.* foliis ex albo variis. *HRP.* 6. *Moriſ. HRB.* 227.

Alaternus elegans, foliorum denticulis, ad oras magis extantibus, aſperata. *Phyt. Tab.* 256. Alaternus, fortè, *s.* Phylica foliis anguſtioribus, & profundiùs ſerratis. *Hort. Lugd.*

Alaternus minima, Buxi minoris foliis. *HRP.* àn Alaternus criſtata. *Hort. Lugd. app.* 642?

Alaternus criſtata, foliis minoribus, ex aureo pictis.

Alaternus *Hyſicanenſis Africana*, Lauri ſerratæ, odoratæ *Stapelianæ* foliis *Hort. Beaumont.* 3. *Phytogr. T.* 126. *f.* 1.

Alaternus Arbuti foliis, lucidis, *Promont. Bon. Spei. Phytogr. T.* 126. *f.* 2.

Alaternus ſempervirens, *Africana*, foliis lucidis ſpinoſa; è dicteriis. *Cl. Herm. Phytogr. T.* 126. *f.* 3.

ALCEA *Cretica*, flore immaculati candoris peramplo. *Phytogr. T.* 6. *in Hort. Med.* D. *Morgan Londini* ſuburbano, jàm olim exculta fuit. àn Alcea foliis in ſummitate inciſis, D. *Bobart?* fortè etiàm Alcea major & procerior, *Raji Hiſt. Pl.* 605. qui dubium movet àn ſit Alcea ampliſſimo folio. *JB. T.* 2. *app. fol.* 1067. fortè etiàm Alcea foliis in ſummitate inciſis. *Florent. Schuyl.* Cat. *Leyd.* edit. 1672.

Alcea, àn Malva potiùs exotica, Pentaphylli folio, profundè ſecto, purpurea, floribus ſinè pediculis. *Phytogr. T.* 73. *f.* 7.

Alcea tenuifolia humilis maritima *Gallo-provincialis*, foliis inferioribus, nonnihil ad Geranium accedentibus. *Sch. Bot.* 223. à peritiſſimo Botanico, & *Hort. Academici* apud *Oxonienſes* cuſtode diligentiſſimo, D. *Jacobo Bobart*, nomine Alceæ, tenuiſſimis Pulſatillæ foliis, primò accepi; deindè in *Viridario* induſtrii Hortulani *Gulielm. Darby*, ſeminibus ab ornatiſſ. viro D. *Gulielm. Sherard* ei communicatis, natam collegi hujus exhibetur Icon ſub Malvæ titulo, in *Phytogr. T.* 44. *f.* 4.

Alcea pentacoccos Ranunculi auricomi folio, & facie *Maderaſpatenſis*, hujus ramulo amicus noſter plurimùm honorandus D. *Carolus du Bois* munere nos ditavit. Iconem videſis in *Phytogr. T.* 125. *fig.* 3.

Alcea veſicaria *Capitis Bon. Spei. Raji Hiſt. Pl.* 1067. *Breyn. Prodr.* 2. Althæa veſicaria *Cap. Bon. Spei. Moriſon. Hiſt. Pl.* 533.

Alcea veſicariæ ſimilis *Æthiopiea* moſchum redolens, ſummo tantùm folio, circà margines, crenato. *Phytogr. T.* 254. *fig.* 2.

Alcea *Indica* fruteſcens haſtato folio, flore parvo, pupureo, longo, petiolo inſidente, pericarpio compacto, duro, in quinque cellulas, totidem ſemina includentes, diſpertito. *Phytogr. T.* 7. *f.* 1.

Alcea procerior Ricini folio *Virginiana*, quintuplici parvâ capſulâ, flore albo tubulato. Alcea Ricini folio *Virginiana* flore albo parvo, *Breyn. Prodr.* 2. àn Althæa magna Aceris folio, cortice Cannabino, floribus parvis, ſemina rotatim in ſummitate caulium, ſingula ſingulis cuticulis roſtratis co-operta, ferens. D. *Baniſter. Cat.*

*Stirp.*

*Stirp. Virginian.* apud *Cl. Raji Pl. fol.* 1928? Tlallaala alia, Nov. *Hiſpan. Recc.* 419. huic quodammodo accedit.

Alcea puſilla ſupina Gerranii exigui maritimi folio, & facie *Maderaſpatenſis.* ſub Althææ talis titulo exhibetur Icon in *Phytogr. T.* 132. *f.* 4. hujus autèm pericarpium eſt verè capſulatum, ideoque rectiùs inter Alceæ genera adnumerari debet, cum hoc additamento, *fructu, ſummo caule glomerato, pericarpio duro.* àn Malva altera repens Betonicæ folio *Zanon. Iſtor. Botan?*

Alcea arboreſcens glabra, *Ketmia* dicta. *JB. T.* 2. *lib.* 23. 956. Alcea arboreſcens Syriaca. *CBP.* 316. Althæa frutex 2ª. *Cluſ. Hiſt. Pl.* 2. *fol.* 25.

Eadem flore candido. *CBP.* floribus ex albo & rubro variis. *HRP.* 6.

Eadem flore purpuro-violaceo ejuſd. *HRP.* ibid.

Alcea fruticoſa, Pentaphylloides æmula, floribus amœniſſimè rubellis, calyce producto, è *Maderaſpetan. Phytogr. T.* 126. *fig.* 4.

Alcea fruticoſa *Malabarienſis,* anguſtioribus foliis rigidiuſculis; floribus amœnè rubellis, ſemine pappoſo. *Phytogr. T.* 254. *fig.* 3. hùc fortè pertinent Tsjeruparva *HM. P.* 10. *T.* 53. licèt à *Commelino* ad Not. *Cabrittæ vulgo,* nimis incautè aſſimilatur.

Alcea *Americana* Morifolia quinque capſularis, *Hiſpaniolenſibus, Moho* dicta, fructu magno, lignoſo, Pyramidali, plano; ſemine alato.

Alcea *Indica* Ulmi folia, prægrandis, ſubtus incana, flore amplo purpureo. *Phytogr. Tab.* 6. *fig.* 3. Althæa magna quinque capſularis, foliis integris, ſubtùs albicantibus, floribus magnis. *Baniſter Cat. Strip. Virg.* apud *Hiſt. Pl. Raji.* inferiora enim hujus folia ſunt prorſùs integra, ſuperiora tamèn in lacinias ternas levitèr inciſa, & averſâ parte albicantia.

Alcea *Javanica* arboreſc. flore rubicundo, ſimplici. *Breyn. Cent.* 1. 122. Roſa *Batavico-Indica,* inodora; *s.* Malva fruteſc. *Bontii. Hiſt. l.* 6. *p.* 141. Ain-Pariti, *HM. P.* 6. *Tab.* 43. Anonyma fortè 8ª. *Hernandez.* apud *Recc. fol.* 352. Harum etiàm claſſi adjudicanda eſt Atlatzopillin *Mexicenſibus, Hernand. lib.* 4. *c.* 22.

Alcea *Javanica* arboreſcens, flore pleno, rubicundo. *Breyn. Cent.* 1. 121. Schempariti *HM. P.* 2. *T.* 17. ſed multùm erraſſe *Cl. Commelinum* nobis videtur, cum in Annotatiunculis ſuis poneret hanc Plantam pro immediatâ ſpecie Althææ fruteſcentis, folio rotundiore incano. *CBP.*

Alcea arboreſcens *Japonica* pampineis foliis, ſubaſperis, flore mutabili; *s.* colorem mutante, *Breyn. Prodr.* 2. 10. Alcea *Cadabarenſis* arborea, pampineis foliis, flore mutabili pleno, ejuſd. *Br. Cent.* 1. 122. Althæa roſea *Sinenſis, Moriſ. Hiſt. Pl.* 530. Qui inter Tabulas ſuas, pro hujus fructu, Alceæ *Americanæ, Ochroa* dictæ fructus, exprimitur; ut rectè animadvertit idem *Cl. Breynius Prodr.* 2. ubi ſuprà. Meutang. *Chinenſium. Ogilbey.* Roſa ſinenſis *Ferrarii.* Flor. *cult.* 479. Hina-paretti *HM. P.* 6. *T.* 38. &c. fortè etiàm Macpalxochitl. *Nov. Hiſpan. Terent.* apud *Recc. fol.* 382.

Alcea *Indica* arborea folio molli flore amplo, elegantèr coccineo. *Phytogr. Tab.* 255.

Alcea arborea *Indica* villoſa, quinis foliorum lobis, flore magno ſulphureo. *Phytogr. Tab.* 255. anondùm edit.

Alcea *Ægyptiaca,* villoſa *CBP.* 317. Belmoſchus *Ægyptia. Honor-Bello. JB. T.* 2. *lib.* 23. 960. Alcea *Ægyptia* moſchata, *Park. Theatr.* Cattu Gaſturi, *HM. P.* 2. *Tab.* 38. Abelmoſch, *s.* Moſch Arabum. *Veſling. Obſ. in Alpin.* 65. Quigombo

prior

Gramen dactylon latiore folio. *CBP.* Graminis genus, Dens caninus 3^us. s. Gramen primum, vel Galli crus. *JB. T.* 2. *l.* 18. 444. Ab hoc ſativum (quod Gramen Mannæ vocant) non niſi culturâ differre videtur, inquit *Joan. Bauhinus.* Gramen dactylon eſculentum. *CBP.*

Gramen digitatum hirſutum. *JB. T.* 2. *l.* 18. 445. Gramen dactylon anguſtifol. ſpicis villoſis. *CBP. Ab hoc ſpecie non diverſum putat noſter* Celeberr. Raius. Gramen Scoparium Iſchæmi paniculis *Gallicum. JB. T.* 2. *l.* 18. 460. *Ex cujus nimirùm radiculis ſcopulæ ad veſtes purgandas fiunt.*

Gramen tremulum maximum. *CBP. JB. T.* 2. Gramen tremulum maximum, *Hiſpanicum, Park. Theatr.*

Gramen

Gramen tremulum minus, paniculâ magnâ. *CBP.* *JB.* Gramen tremulum minus alterum, *Park. Theatr.* *Amourettes* alterum, *Cluſ. Cur. poſter.*

Gramen tremulum. *JB.* Gramen tremulum majus. *CBP.* Gramen tremulum, *s.* Phalaris media, *Anglica* prima, àn ſecunda, *Park. Theatr.* 1165.

Gramen Filiceum paniculis integris, *Boccon. de Pl. Siculis*, pag. 63.

Gramen paniculis elegantiſſimis, *s.* Eragroſtis major. *CBP.* 2. Gramen Filiceum, *s.* polyanthos. 2 *Hiſt. Lugd.* Gramen amoris dictum. *JB.*

Gramen amoris alterum paniculis minoribus, & anguſtioribus magiſque ſparſis, *Raji Cat. Exterar.* 139. *in Hiſtoria autem deſiderata.* Hujus Icon exhibetur in *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 2.

Gramen amoris *Indiæ Orientalis* paniculâ ſparsâ, ſpicarum petiolis huc illùc undatim inflexis, *Phytogr. Tab.* 190. *fig.* 3.

Gramen *Maderaſpatanum*, paniculâ ſpicatâ longâ, ſpeciociſſimâ. *Phytogr. Tab.* 190. *fig.* 4.

Gramen paniculatum ex Oris *Malabaricis*, paniculâ delicatiore. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 2.

Gramen *Virginianum* ſupinum, paniculis elegantiſſimis, ex cauliculorum nodis prorumpentibus. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 3.

Gramen parvum *Æthiopicum* tenuiſſimis foliis; *Amourettes* ſpicâ ſimplici, & gemellâ. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 4.

Gramen Miliaceum latiori folio *Maderaſpatanum* apud exſiccatas *du Boiſianas. Phytogr. Tab.* 189. *fig.* 4.

Gramen Miliaceum *Americanum* majus, paniculâ minore. *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 7. Fortè Coiniqui-cumanchuqua, *Nov. Hiſpan. Terent.* apud *Recc.* 373.

Gramen Miliaceum *Americanum* minus, paniculâ parvâ. *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 6.

Gramen Miliaceum *Americanum* medium, paniculâ magis ſparsâ, & ſpecioſâ. *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 8.

Gramen arundinaceum *Halepenſe* Tragopogonis folio, paniculâ miliaceâ, D. *Bobart. Phytogr. Tab.* 32. *fig.* 1.

Gramen *Jamaicenſe* noſtrati pratenſi ſimile, paniculâ compactiore. Gramini pratenſi minori ſimile *Curaſſavicum*, paniculâ ſpecioſâ, *D. Sherard.*

Gramen capillaceum, locuſtellis pennatis, non ariſtatis *Raji*, *Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 2.

Gramen foliolis junceis brevibus, radice nigrâ & albâ. *CBP.* & *Prodr.*

Gramen montanum, ſpicâ foliaceâ gramineâ. *PB. Raji Synopſ. Pl.* 184.

Gramen arvenſe paniculâ criſpâ. *CBP. Park. Th.* 1158. Gramen cum paniculâ molli rubente. *JB. T.* 2. *l.* 18. 464.

Gramen arvenſe paniculâ criſpâ longiore noſtras.

Gramen *Æthiopicum* paniculâ molli virente, ariſtis autem criſpatis longioribus fuſcis. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 1.

Gramen aureum *Dalechampij*, paniculâ ampliſſimâ, ex *Inſulis Fortunatis.* Gramen paniculâ aureâ. *JB. T.* 2. Gramen paniculâ pendulâ aureâ. *CBP.* 3.

Gramen Alopecuroides, ſpicâ aſperâ. *CBP.* 4. Gramen Alopecuroides, ſpicâ aſperâ brevi, *Park. Theatr.* 1169. Gramen cum caudâ Leporis aſperâ, *s.* ſpicâ murina. *JB. ibid.* 473.

Gramen Alopecuroides maximum, ſpicâ longiſſimâ, ex plurimis minoribus ſpicis conflatâ, *Capitis Bon. Spei.*

Gramen

Gramen Alopecuroides *Maderaſpatanum* ſpicâ quaſi geniculatâ molli. *Phytogr. Tab.* 190. *fig.* 6.

Gramen *Indicum* Alopecuroides holoſericeum majus, ſpicâ longâ pappeſcente. *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 5. àn Gramen Alopecuroid. *Curaſſavicum* ſpicâ longiſſimâ, & ſericeâ candicâ. *PBP.* àn Alopecuros tomentoſa. *JB?* Fortè Gramen Alopecuros lanuginoſus *Griſleij*, *Viridar. Luſit.* Fortè etiam Gramen ſpicatum, ſpicis longis, laxis, pappo ſericeo caneſcentibus, D. *Sherard. Raji Cat. Stirp. Exter.* 398.

Gramen Alopecuroides *Indicum* minus, Spicâ ſericeâ candidâ, laxiori. *Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 4.

Gramen geniculatum brevifolium criſpum, ſpicâ purpuro-ſericeâ *Maderaſpatanum*, *Phytogr. Tab.* 119. *fig.* 1. Fortè Tsjeria-Kuren-pullu, *H. Malab. P.* 12. *Tab.* 62.

Gramen Alopecuro accedens ex culmi geniculis, ſpicas cum petiolis longiuſculis promens. *Phytogr. Tab.* 33. *fig.* 9. Gramen ſerotinum arvenſe, ſpicâ laxa pyramidali, *Raji Hiſt. Pl.*

Gramen montanum hirſutis foliis, ſpicâ leucophæâ diruptâ. *Phytogr. Tab.* 33. *fig.* 7. Gramen pumilum hirſutum, ſpicâ purpuro argenteâ molli noſtras, *Raji Hiſtor. Plantar. His duabus noviſſimè memoratis Graminum ſpeciebus multis abhinc annis nos ditavit ex propriâ collectione amiciſſimus Vir D.* Samuel Doody, *Pharmaceutices, & Rei Herbariæ callentiſſimus.*

Gramen *Maderaſpatanum* ſpicâ interruptâ totali è pluribus ſpicis parvis villoſis, elegantiſſimè conſtructâ. *Phytogr. Tab.* 190. *fig.* 5.

Gramen parvum præcox, ſpicâ laxâ caneſcente *Raji*, *Phytogr. Tab.* 33. *fig.* 9.

Gramen parvum præcox paniculâ ſparſâ, D. *Doody.* Fortè Gramen paniculatum, locuſtis parvis purpuro-argenteis annuum, *Raji Synopſ. Stirp. Britan.* 189.

Gramen phalaroides ſpicâ brevi reclinatâ, ex Utriculo prodeunte. *Phytogr. Tab.* 33. *fig.* 5. àn Gramen Phalaroides *Luſitanicum*, *Raji Hiſt. Pl. Icon quæ apud* J. Bauh. *in* Hiſtor. Pl. Tom. 2. fol. 463. *Graminis tenuis duriuſculi deſcriptioni (per errorem) adpicta, huic noſtro apprimè convenit.*

Gramen typhinum maritimum minus *Raji. Phytogr. Tab.* 33. *fig.* 8. àn Gramen typhinum *Danicum* minus *Parkinſono?* quærit & ipſe *Clariſſ. Raius.*

Gramen typhinum minus *Jamaicenſe*, ſpicâ magis gracili.

Gramen Typhoides pumilum, nodoſâ radice. Gramen nodoſum ſpicâ parvâ. *CBP.* & *Prodr.*

Gramen geniculatum foliis brevibus aculeos mentientibus *Maderaſpatanum. Phytogr. Tab.* 185. *fig.* 3. Arundo (fortè) graminea aculeata, *Pr. Alpin. exot.*

Gramen ſupinum aculeatum. *JB. ibid.* 461. Gramen album, capitulis aculeatis *Italicum. CBP.* 7.

Gramen ſpicâ ſubrotundâ echinatâ. *CBP.* 7. Gramen echinatum tribuloides, *Fab. Column. ecphr.* 338. Gramen perpuſillum capitulo rotundo ſpinoſo, *Cherleri JB. ibid.* 468. Gramen echinato capitulo, *Park. Theatr.* 1187.

Gramen *Americanum* ſpicâ echinatâ majoribus locuſtis, *Schol. Botan. Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 3. Fortè etiàm Gramen aculeatum *Curaſſavicum. PBP. Seminibus* à D. *Sherard communicatis in Horto D.* Doody, *Exoticarum Stirpium refertiſſimo, enatum primo obſervavimus.*

Gramen tribuloides ſpicatum maximum *Virginianum, ejuſdem, D. Doody.*

Gramini Luzulæ accedens glabrum in paluſtribus proveniens, paniculatum *Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 11. àn Gramen Cyperoides paluſtre leucanthemum, *Raji Hiſt. Pl.*

Gramini Luzulæ affine, flore albo. *JB. ibid.* 492. Gramen nemoroſum hirſutum anguſtifolium minus, paniculis albis. *CBP.* 7. Gramen leucanthemum, *Dalechampij Hiſt. Lugd.* 426. Gramen Nemorum hirſutum minus, *Park. Th.* 1186.

Gramen hirſutum *Indicum* glomeratis capitulis, Lagopi æmulis, glumâ à ſquammulis plurimis purpuraſcentibus ariſtâ unicâ donatis compactili. *Phytogr. Tab.* 190. *fig.* 7.

Gramen marinum Cyperoides *JB. T.* 2. *l.* 18. 498. Gramen Cyperoides maritimum. *CBP.* 6. Juncus Cyperoides maritimus, *Lob. Icon.* 87. Juncus maritimus *Narbonenſis*, *Park. Theatr.* 1194.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, capite ex ſpicis pluribus acuminatis in cacumine caulis glomerato. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 7. à D. *Alexandro Brown*, habuimus.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatannm* ſpicis plurimis apicibus obtuſis, ſummo caule in orbem congeſtis. *Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 4.

Gramen Cyperoides latiori folio aſpero, paniculâ in ſummitate caulis conglomeratâ. *Phytogr. Tab.* 90. *fig.* 8.

Gramen Cyperoides ex Monte *Ballon* ſimile, in maritimis & arenoſis naſcens, *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 8.

Gramini Cyperoidi ex Monte *Ballon* ſimile, ſpicâ totali è plurimis ſpicis compoſitâ, *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 7. àn Gramen Cyperoides elegans multiferâ ſpicâ, *Park. Theatr.*

Gramen Cyperoides polyſtachion lanuginoſum *Raji, Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 6. àn Gramen Cyperoides *Norvegicum* parùm lanoſum, *Park. Theatr?*

Gramen Cyperoides anguſtifolium, ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 3.

Gramen Cyperoides polyſtachion flavicans, ſpicis brevibus propè ſummitatem caulis, *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 5.

Gramen Cyperoides elegans, ſpicâ compoſitâ molli, à *Raiiano hujus tituli diverſum. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 4.

Gramen Cyperoides foliis Caryophyllæis, ſpicâ granis rarioribus, & tumidioribus conflatâ *Raji, Phytogr. Tab.* 91. *fig.* 7.

Gramen Cyperoides tenuifolium, ſpicis ad ſummum caulem ſeſſilibus globulorum æmulis. *Phytogr. Tab.* 91. *fig.* 8. Gramen Cyperoides foliis mollibus tenuibus, ſpicis brevibus coacervatis tribus quatuorvè in ſummitate caulis, *Raji Hiſt. Pl.*

Gramen Cyperoides exiguum ſeminibus bullatis *Raji. Phytogr. Tab.* 91. *fig.* 2.

Gramen Cyperoides minimum, ſeminibus deorsùm reflexis puliciformibus, *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 10.

Gramen Cyperoides, ſpicâ ſimplici compreſsâ diſtichâ, D. *Plukenet*, *Raji. Phytogr. Tab.* 34. *fig.* 9.

Gramen Cyperoides minus *Virginianum* ſpicâ ſimplici longiore. *Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 6.

Gramen Cyperoides perpuſillum, *Ind. Orient.* ſpicâ longâ gracili, caudam muris æmulante, D. *Petever.*

Gramen Cyperoides *Americanum* ſpicis grandioribus oblongo-rotundis, Sparganij in modum echinatis, ad ſummum caulem pediculis longis innitentibus. *Phytogr. Tab.* 91. *fig.* 4.

Gramen Cyperoides pumilum elegans è *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 191. *fig.* 8.

Gramen Cyperoides *Indiæ Orientalis* elatius, paniculâ ſparsâ palleſcente. *Phytogr. Tab.* 191. *fig.* 7.

Gram. Cyperoid. rarius & tenuius ſpicatum è *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 1.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, paniculâ magis iparsâ & ſpecioſâ. *Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 2. Item ex *Promontor. Bon. Spei* nuperrimè nobis allatum eſt.

Gramen Cyperoides elegans, paniculâ ſpicis valdè mollibus compoſitâ *Maderaſpatanum. Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 3.

Gramen pratenſe tomentoſum paniculâ ſparsâ. *CBP.* Item Gramen montanum junceum capite ſquamoſo, *ejuſd. CBP.* & in *Prodr. quod præcedenti idem eſt priuſquàm tomentum capite ſuo erumpit.* Gnaphalium *Tragi, s.* Juncus Bombycinus. *JB. T.* 2. *l.* 18. 514.

Gramen tomentoſum *Virginianum* paniculâ magis compactâ, aureo colore perfusâ, *Phytogr. Tab.* 299. *fig.* 4. χρυσοκάπλ῀ dici poſſit.

Gramen tomentoſum pumilum, *Promontorij Bon. Spei. Phytogr. Tab.* 299. *fig.* 5.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, Juncelli *Geſneris* capitulis ſparſis. *Phytogr. Tab.* 119. *fig.* 3.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, caule compreſſo, ſparsâ paniculâ Junci. *Phytogr.* 192. *fig.* 5.

Gramen junceum elatius caule articulato *Virginianum*, Cyperi paniculis inter folia propè ſummitatem prodeuntibus. *Phytogr. Tab.* 301. *fig.* 1.

Gramen junceum minus è *Maderaſpatan. s.* Juncus pumilus, capitulis in ſummitate aphyllos. *Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 7.

Gramen Juncoide glomeratis capitulis *Maderaſpatenſe. Phytogr. Tab.* 189. *fig.* 6.

Gramen junceum, *s.* Juncus foliaceus humilis, caule rotundo *Maderaſpatenſis. Phytogr. Tab.* 192. *fig.* 6.

Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis *Æthiopicum. Phytogr. Tab.* 300. *fig.* 5.

Gramen junceum elatius, pericarpiis ovatis *Americanum. Phytogr. Tab.* 92. *fig.* 9.

Gramen junceum folio articulato aquaticum. *CBP.* 5. & *Theatr* 76. Juncus foliaceus, capſulis triangulis. *JB. T.* 2. *l.* 18. 521.

Gramen junceum folio articulato aquaticum, cum paniculâ & utriculis, *CB. Th.* 77. *Merett. Pin.* 54.

Gramen junceum capſulis triangulis minimum *Raji Hiſt. Pl.* 1307. Graminis juncei varietas minor, *Ger. emac.*

Gramen junceum aquaticum, capitulis cum foliis capillaribus ſimùl ortis, proliferum. *Phytogr. Tab.* 32. *fig.* 3. ân Gramen junceum càpſulis triangulis, caulículis tenuibus, foliis ad nodos & panicularum divaricationes prælongis. *Raji Hiſt. Pl. ibid.*

Gramen junceum parvum ſupinum, *s.* Holoſteum ſtrictiſſimis & hirſutis foliis, *Maderaſpatanum, Phytogr. Tab.* 299. *fig.* 3. à D. *Alexandro Brown* habuimus. Juncus foliatus minimus, *JB. T.* 2. *l.* 18. 523. *Quem Autori Nemauſo attulit* Gener Cherlerus *glomeratis ſuis capitulis huic noſtro* Gramini *maxime convenit.*

Gramen junceum clavatum minimum, *s.* Holoſteum paluſtre repens, foliis, capitulis & ſeminibus Pſyllij *Raio. Phytogr. Tab.* 35. *fig.* 3. 1. *à Reverendo Viro D.* Mattheo Dodſworth, *Evangelij prædicatore vigilantiſſimo, & Botanicorum numero nequaquàm poſtremo, nobis primùm oſtenditur.*

Gramen junceum, *s.* Holoſteum minimum paluſtre, capitulis quatuor longiſſimis ſtaminibus donatis, *Raji. Phytogr. Tab.* 35. *fig.* 2. Fortè Holoſteum aquaticum Alſinanthemon. *HRP. app.* Plantago paluſtris gramineo folio monanthos *Pariſienſis, Elemens de Botanique.* 104.

Graminifolia aquatica Thlaſpeôs capitulis rotundis, ſepto medio ſiliculam dirimente. *Phytogr. Tab.* 188. *fig.* 5. à D. *Sherard inventore ex* Hiberniâ *in* Angliam *nuperrimè nobis tranſmiſſa eſt. Forte ad Thlaſpeôs genera accenſeri debet.*

Graminifolia repens paluſtris, vaſculis granorum Piperis æmulis, *Raji*, vid. *Muſcus.*

GRATIOLA Centauroides. *CBP.* 279. Digitalis minima Gratiola dicta. *Moriſon Hiſt.* 2. 479.

Gratiola *Indica* minor vera, *s.* Hyſſopoides à *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 193. *fig.* 1.

Gratiolæ affinis Chamædryoides *Maderaſpatenſis, Phytogr. Tab.* 193. *fig.* 2. àn Gratiola foliis latioribus ſerratis D. *Baniſter. Cat. Stirp. Virgin. apud Raium, in Hiſt.* 1928?

Gratiolæ affinis *Americana* purpurea Perſicæ folio ſerrato, *H. Leyd.* 304. Galeata & verticillata Perſicæ folio Digitalis æmula, *Moriſ. Prælud.* 274. Digitalis *Americana* purpurea folio ſerrato, *Dodart. Memoir.* 78. Pſeudo-Digitalis Perſicæ foliis, *Boccon. de Pl. Sicul.* 12. Dracocephalon *Americanum, Breyn. Prodr.* 1. 34. àn Tlalmatzalin, *s.* Amygdaloides ſerrata, *Fr. Hernand.* 294? *Galeata & verticillata Perſicæ foliis tetraſpermata.*

Gratiolæ affinis è *Cormandel*, foliis ſuperioribus Rubiæ quadrifoliæ crenatis, imis Coriandri modo tenuiſſime diviſis. *Phytogr. Tab.* 35. *fig.* 5.

Gratiolæ affinis *Maderaſpatana*, Digitalis æmula, folio Clinopodij, capſulis in verticillas poſitis. *Phytogr. Tab.* 193. *fig.* 3.

GUAIACANA *JB. T.* 1. *l.* 2. 238. Arbor Guaiacana, *s.* Guaiacum *Patavinum, Park. Theatr.* Lotus *Africana* latifolia & anguſtifolia. *CBP.* 447.

Guaiacana Loto arbori, *s.* Guaiaco *Patavino* affinis *Virginiana*, Piſhamin dicta *Parkinſono, Phytogr. Tab.* 244. *fig.* 5. Loti *Africanæ* ſimilis Arbor. *CBP.* 448. *Indiæ Occiduæ* Palmæ ſanctæ ſimilis Arbor, *Adv. Lob. & Icon.* Puchaminifera *Virginiæ. De Laet. Ind. Occid. lib.* 3. *cap.* 25.

GUAIACUM *Jamaicenſe* Lentiſci ſubrotundis foliis læte virentibus, flore albo. *Phytogr. Tab.* 35. *fig.* 3. Guaiacum *Officinarum. PBP.* Guaiacum foliis Lentiſci. *CBP.* Guaiaci ramulus, *Cluſii ad Monardem.* Guaiacum *Terentij* apud *Hernand. fol.* 36. Fructus Guaiacum putatus, & folia. *JB. Tom.* 1. *lib.* 4. 499.

Guaiacum *Jamaicenſe* foliis veluti muriâ conditis ſpiſſiùs virentibus, flore ſubcæruleo. *Phytogr. Tab.* 35. *fig.* 4. àn Guaiacum foliis Ceratoniæ, Aceris, *s.* Burſæ paſtoris fructu, flore cæruleo, *Breyn. Prodr.* 2?

GUAIAVA

GUAIAVA alba acida, fructu rotundiori, *Ind. Orient. Phytogr. Tab.* 193. *fig.* 4. Guyabo pomifera *Indica. CBP.* Guaiava *Indica* fructu Mali facie. *JB. Tom.* 1. Xalxochotl *Mexicenſibus, ſ.* Pomum arenoſum *Hernandez.* Araca-guacu *Braſilienſium, Piſonis.* 152. *Quæ fructu eſt majore, ejuſque pulpâ albicante, Pela ſimpliciter dicta,* H. Malab. Part 3. *Quæ fructu minore, & carne ſanguineâ, Malackapela,* H. Malab. Piſoni, *eſt Guayava,* fol. 153. *ut rectè notat* Raius noſter. Hiſt. Pl. 1455. àn Cieuku *Boymij* Flor. Sinenſ. Jonſt. *de Arborib. Mantiſs.* 475?

---

## H.

HEDERA arborea ex argenteo & viridi foliis elegantèr variegatis.

Hedera (fortè) Dionyſias, *ſ.* Chryſocarpos *Dalechampij, Hiſtor. Lugd.* 1420. Hedera Dionyſias *Dalechampij. JB. T.* 2. *l.* 15. 113. Huic valdè ſimilem ſi non idem habuimus ex Inſulâ *Barbadenſi. Neque prorſus abhorret* à Yerva Mora *Canarienſibus Hiſpanis.* Hujus *Almageſti, fol.* 42. non autem ſcandit hæc ſed erigitur.

Hedera Clematitis Atragenes ſingulari folio ſplendente. *Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 1.

Hedera monophyllos Convolvuli foliis *Virginiana. Phytogr. Tab.* 36. *fig.* 2. Clematis hederacea *Virginienſis* umbilicato folio, flore pappoſo. *HRP.* Hedera *Virginian.* Clematitis facie, radice flaveſcente, *H. Leyd. Si hujus Flores pappis coronantur, ad Clematitis genus amandari debet: multoties hanc Plantam nos florentem conſpeximus, at nunquam nobis Pappus occurrit.* Fortè Batta-valli, *H. Malab. Part* 11. *Tab.* 62.

Hedera trifolia repens *Canadenſis Cornuti.* 96. Vitis ſylveſtris trifolia, *Park. Th.* 1556. Itèm Hedera trifolia *Virginienſis, ejuſd. Park.* 679. Apocynum trifolium *Indicum* vulgò Epimedium. *Bod. à Stapel. in Theophr.* 364.

Hedera trifolia ſinuatis & dentatis foliis *Americana.* Fructu baccarum inſtàr racemoſo, per maturitatem albicante ſtriato ſicco. Indebus *Americanis* dicta.

Hederæ trifoliæ *Canadenſi* affinis ſurrecta, Arbor tinctoria *Virginiana multis.* Hederæ trifoliæ *Canadenſi* affinis planta peregrina, Arbor venenata, *quorund HRP.* 84. Arbor trifolia Venenata *Virginiana* folio hirſuto. *Raji Hiſt. Pl.* 1799. Hujus Iconem elegantiſſimè depictam apud Icones *Robertinas* exhibitam invenies; variat etiam foliis glabris.

Hederæ *Virginianæ* triphyllæ quodammodò accedens Arbor *Jamaicenſis.* Fortè Nyrvala, *H. Malab. Part* 3. *Tab.* 42.

Hedera quinquefolia *Canadenſis Cornuti, de Pl. Canad.* 100. Vitis hederacea *Indica Bod. à Stapel. Not. in Theophr.* 364. *Hujus folia ſunt Acetoſa ſapore, ut recte nos monuit D.* Petever. *Fructum habet per maturitatem aridum.*

HELICTERES arbor *Indiæ Orientalis* ſiliquâ varicosâ & Funiculi in modum contortuplicatâ. *Phyoogr. Tab.* 245. *fig.* 2. Iſoca-Murra, *H. Malab. Part* 6. Frutex *Indicus,* fructu è Styli apice egreſſo, ſextuplici funiculo, in ſpiram convoluto conſtante. *Raji Hiſt. Pl.* 1765.

Helicteres

Helicteres arbor *Indiæ Occident.* fructu majore; *Jamaicenſibus* noſtratibus **Button-wood** dicta. *Phytogr. Tab.* 246. *fig.* 3.

HELIOTROPIUM maximum *Jamaicenſe* Limoniæ Mali folio, ſuprà ſcabro, ſubtùs lanugine ferruginea molli. Tlachichinoa Patlahoac, *s.* Herba uſta latifolia, *Hernand. Hiſt. Mexic.* 292.

Heliotropium *Americanum* cæruleum foliis Hormini, *Dodart. Memoir. Phytogr. Tab.* 245. *fig.* 4. Jicua-Acanga, *Braſil. Piſon.* 229. Fedagoza *Luſitanis Marcgrav.* Bena Patsja, *H. Malab. Part* 10.

Heliotropium Gnaphaloides litoreum fruticeſcens *Americanum*, **Sea-Lavender** *Barbadenſibus* dictum. *Phytogr. Tab.* 193. *fig.* 5.

Heliotropium *Indicum* procumbens glaucophyllon floribus albis. *Phytogr. Tab.* 36. *fig.* 3. *Eſt vere tetraſpermon.* Heliotropium *Curaſſavicum* maritimum, folio glauco oblongo, flore albo, *Hort. Beaum.* 24. Heliotropium *Curaſſavic.* Lini umbilicati foliis. *PBP.* Heliotropium *Americanum* Cynogloſſi marini foliis, flore albo, *Hort. Amſtelod.* 152. àn Totecy-Xochiuh *Mexicenſibus*, *Hernand.* 432. Heliotropium *Americanum* minus glabrum, folio anguſto glauco, *Breyn, Prodr.* 2. 55.

Heliotropium *Siculum* majus flore amplo odorato, *Boccon. de Pl. Sicul.* 90. ex Inſulâ *Maderenſi.*

Heliotropium majus *Dioſcoridi. CBP.* 253. Heliotropium majus flore albo. *JB. T.* 3. *l.* 33. 604.

Heliotropium minus erectum, foliis ſubtùs incanis, *Maderaſpatanum*, *Phytogr. Tab.* 48. *fig.* 7. Myoſotis Scorpioides *Indiæ Orientalis.* àn Heliotropio ſimilis planta cujus meminit *Plutarchus, de Flumin. & Montium appellation. Quam Incolæ ad fluvij Hydaſpis portas, in tenuiſſimum pulverem conterunt, & ſucco æſtibus ſe inungunt, ut ſine periculo immoderatioris caloris evaporationem ferant?*

Heliotropium tinctorium tricoccon. Heliotropium tricoccon. *CBP.* 253. *JB. T.* 3. *l.* 33. 406.

Heliotropium pumilum glabrum, Naſturtij foliolis *Americanum*, *Phytogr. Tab.* 245. *fig.* 5.

Heliotropium *Americanum* majus, foliis Populi nigræ lanuginoſis, flore albo minimo, *Breyn*, vid. *Solanum.*

Heliotropium *Curaſſavicum*, Scammonij foliis mollibus, ſubhirſutis. *PBP.* vid. *Solanum.*

HELLEBORINE anguſtifolia montana purpuraſcens. *CBP.* 187. ex *Hiberniâ.* Helleborine (fortè) anguſtifolia, flore rubente *Virginiana*, D. *Baniſter.*

Helleborine *Virginiana* bulboſa, flore atrorubente, D. *Baniſter.*

Helleborine *Virginiana* Ophioglosſi folio, D. *Baniſter. Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 2. *Hujus exemplar pulchrè exſiccatum, nec non picturam propriâ manu ad vivum apprimè delineatam eruditiſſimus Inventor non ita pridem amicis ſuis in* Angliam *tranſmiſit.*

Helleborine flore rotundo, *s.* Calceolus. *CBP.* 187. Damaſonij ſpecies quibuſd. *s.* Calceolus, D. *Mariæ.* JB. T. 3. *l.* 31. 518.

Helleborine *Canadenſis*, *s.* Calceolus *Mariæ. Icon. Roberti.* Calceolus *Marianus Canadenſis Cornuti.* 204.

Helleborine *Virginiana*, *s.* Calceolus anguſtifolius, flore amplo purpureo, D. *Ban.*

Helleborine

Helleborine Alpina lutea, *s.* Calceolus *Mariæ. Icon. Roberti.* Helleborine *Virginiana*, flore rotundo luteo, D. *Baniſter.*

Helleborine ſimilis *Canarienſis.* Flos *Spiritus Sancti* vulgò. Flos *Spiritus Sancti. PBP.* 335.

Helleborus niger trifoliatus, *Tob. Aldin. Hort. Farneſ.* 93. Helleboraſter alter trifolius ſpinoſus, *Park. Theatr.* Elleborus niger trifoliatus, *Sardiniæ Belluc. Ind. H. Piſan.* 23.

Helleborus Ranunculoides flore globoſo decapetalo major. Ranunculus montanus Aconiti folio, flore globoſo. *CBP.* 182. Ranunculus flore globoſo, quibuſd. Trollius flos. *JB. T.* 3. *l.* 30. 419.

Helleborus Ranunculoides globoſus minor. Ranunculus Alpinus flore globoſo minori. *HRP.*

HESPERIS prodigioſa hortenſis Molluginis ad imaginem degenerans. *Phytogr. Tab.* 37. *fig.* 1.

Heſperis *Africana* σμικρόφυλλος floribus Lini cæruleis, ſiliquis ſtrictiſſimis, toroſis. Leucoium *Africanum* cæruleo flore, anguſto Coronopi folio minus, *H. Leyd.* 366.

Heſperis maritima perfoliata parva, flore cæruleo. Leucoium maritimum latifol. *CPB.* 201. Leucoium maritimum latifolium annuum, *Moriſ. Hiſt.* 2. 241. Leucoium maritim. latifol. flore cæruleo-purpurante. *JB. T.* 2. *l.* 21. 880.

Heſperis aizoides Alpina parva, floſculis albis. Sedum vel potiùs Draba ſiliquoſa, flore albo, àn Heſperidis Alpinæ ſpecies. *Vallot. HRP? Hæc planta (meo quidem arbitratu) nihil differt à Sedo petræo montano,* Lob. Icon. 381. (*h. e.*) *Sedo Alpino hirſuto luteo. CBP. exceptis hirſutie & florum colore.*

HETICH *Americanum Theveti, Hiſt. Lugd. Lerio Deſcript. Braſil. cap.* 12. Hetich *Indis* & *Æthiopibus. Dalech. in Plin.* Hetich *Americanum* **Mallow-leafed Potatoes.** *Park. Theatr.* 1625. *in Virginiâ naſcens.*

HIERACIUM fruticoſum, anguſtiſſimo incano folio, *Hort. Leyd.* 316.

Hieracium Terracrepola *Monſpelienſibus* dictum. Chondrillis affinis laciniata quædam, àn Trinciatella. *JB. T.* 1. *l.* 24. 8021? D. *Magnol.* in *Indic. ſuo Plantar. circa Monſpelium naſcentium, hanc non diſtinguendam autumat a Crepide Dalechampij Hiſt. Lugd. quam* J. Bauh. *alio in loco, viz.* T. 2. *l.* 24. 1018. *proponit ſub titulo* Sonchis affinis Terræcrepolæ; *Figuram autem quam adhibet vitioſam* ex Lugdunenſis *depravatâ Icon* expreſſam *exiſtimat. In hoc etiam* Raius *noſter concurrit, quibus & nos libenter aſſentimur, vid.* Botan. Monſp. *p.* 64.

Hieracium Trinciatellæ, *Joan. Bauhini*, foliis annuum, noſtras. àn Hieracium parvum in arenoſis naſcens *Raii quærendum proponit D.* Sherard. *in cujus penu exhibetur totius plantæ ſpecimen nitide aſſervatum, quod in arvis Hockleianis prope* Oxonium *invenit idem* Sherardus.

Hieracium incanum lanuginoſum *Raguſinum* Piloſellæ flore, *H. Leyd.* Chondrilla (forte) è *Ragusâ* non deſcripta *Bellucc. Indic. H. Piſan. append.* 60. àu Chondrilla foliis Cichorij tomentoſis. *CBP.* 130.

Hieracium, *s.* Piloſellæ majoris ſpecies, foliis rariùs dentatis, flore ſingulari noſtras. *Phytogr. Tab.* 37. *fig.* 3.

Hieracium

Hieracium latifolium piloſum coccineum umbellatum *Indicum*, *H. Leyd. Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 4. Piloſella *Indica Cornuti*, *de Pl. Canad. append.* 209.

Hieracium hortenſe, floribus atro-purpuraſcentibus. *CBP.* 128. Hieracium *Pannonicum* flore ſaturato croceo. *JB. T.* 2. *l.* 24. 1040. *Hujus ſpeciem, aut ſaltem præcendentis, Tzonpotonic* Mexicenſibus Hernandez. *eſſe ſuſpicamur, utut Heliochryſi titulo exhibetur.* **Grim the Collier** *noſtratibus vulgo.*

Hieracium Chondrilloides majus *Africanum* Papaveris folio, flore luteo. Chondrilla *Tingitana* floribus luteis, Papaveris hortenſis folio. *Hort. Leyd Hoc genus Hieracij ſub Chondrillæ prioris* Dioſcoridis *titulo à D.* Alexandro Balaam *multis abhinc annis accepimus; quodque Hedypnoidis* Monſpelienſ. JB. *non parum convenit, ut cuivis vel deſcriptiones ſolum conferenti patebit. Attamen de Sonchorum genere potius eſt exiſtimandum, eo quod foliorum ejus ambitus arguto ſpinularum agmine ſunt exaſperatæ.*

Hieracium foliis in tenues lacinias profundè ſectas, flore luteo. *Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 3. Chondrilla lutea. *JB. T.* 2. *l.* 24. 1020. Sonchus lævis in plurimas lacinias diviſus. *CB. Prodr.* 61. Chendrilla Coronopi aut Cyani facie, tenuifolia lutea vinearum. *Lobel. Adverſar.*

Hieracium rotundifolium *Pyrenaicum* amplexicaule, *Shol. Botan.* 189.

Hieracium Alpinum humile Doronici folio, *Schol. Botan. Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 1.

Hieracium *Pyrenaicum* Verbaſci folio tomentoſum, *Schol. Botan.* 190.

Hieracium *Pyrenaicum* Cerinthes folio latifolium villoſum, *Shol. Botan.*

Hieracium magnum *Hiſpanicum*, *Park. Phytogr. Tab.* 116. *fig.* 1. Dens Leonis latifolius cauleſcens. *CBP.* 126. & in *Prodr.* 62. Hieracium *Pyrenaicum* Blattariæ folio minus hirſutum, *Schol. Botan.* 189. *Ubi pro nondum deſcripto ponitur.*

Hieracium Alpinum latiore folio piloſum flore majore, *Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 2. àn Hieracium Alpinum latifolium villoſum magno flore. *CBP?* àn Piloſella, *s.* Pulmonaria lutea, anguſtiore folio, valdè piloſa. *JB. Tom.* 2?

Hieracium piloſiſſimum, parvo flore non ramoſum, *Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 3. àn Piloſella *Syriaca. CBP?* Piloſella maxima *Syriaca*, *Lobelii Hiſt. Lugd.* Sub quo titulo in *Herbarijs vivis* apud *Patavinos* compilatis ſæpenumerò offendimus.

Hieracium peregrinum Limonij folio non ſinuato, floribus in ſummitate ternis.

Hieracium exoticum foliis fidium inſtàr ſinuatis, & dentatis, floribus luteis ſingulis, vel binis. àn Hieracium porfoliatum ſingulare, *Creticum. Cat. Hort. Patav. à Turre?*

Hieracium peregrinum Jaceæ folio, calyce ſquammato habitiori.

Hieracium parvum *Virginianum* Vernum, cujus Pappi in ſemina ex quinis petalis membranaceis totidemque ſtaminulis conflantur, D. *Baniſter.*

HORMINUM comâ purpuro-violaceâ. *JB. T.* 3. *l.* 28. 309, Horminum ſativum. *CBP.* 238. Horminum *Creticum*, *Pr. Alpini exot.* 113. Horminum *Creticum* comâ cæruleâ. *Icon. Roberti.*

Horminum comâ rubrâ. *JB. ibid.* Horminum *Creticum*, ſpicâ incarnatâ eleganti, *Marc. Mappi. Cat. Pl. Hort. Argentin.* 66.

Hrminum *Æthiopicum* incanum, foliis ſinuoſis, *Æthiopis* dictum. *Hort. Leyd.* 318. *Æthiopis* multis. *JB. T.* 3. variat interdùm foliis in profundas lacinias diviſis.

Hrminum

Horminum majus amplo flore violaceo, lobis florum punctis aureis notatis, *Morif. Prælud.* 272. Horminum *Indicum* maximum flore variegato. *HRP.* 89. *eſt odore fœtidum.*

Horminum majus *Luſitanicum* foliis profundiùs inciſis, D. *Edv. Morgani.* Horminum ſylveſtre latifolium *Tingitanum, H. Edinburg.*

Horminum ſylveſtre maculatum tuberoſum, *Franciſc. de Honuphrijs.* Horminum ſanguineum Aſphodeli radice. *Triumfetti Obſerv. pag.* 69.

Horminum Lapathi unctuoſi folio, ſeu majus haſtato folio, *Morif. Prælud.* 273. *Hujus folia ſunt marginibus dentata.*

Horminum haſtatis amplioribus foliis, *s.* Ari modo alatis, caulibus & pediculis araneosâ lanugine villoſis, ex Inſulâ *Gomerâ. Phytogr. Tab.* 301. *fig.* 2. Muſtazi *Inſulanis*, & Salvia arborea *vulgo.*

Horminum luteum glutinoſum. *CBP.* 238. Galiopſis ſpecies, lutea, viſcida, odorata, nemorenſis. *JB. ibid.* 314. Salvia montana maxima, fol. Hormini flore flaveſcente, *Turnefort. Elemens de Botanique.* 149.

Horminum glutinoſum *Pyrenaicum* Anguriæ foliis, D. *Fagon. Schol. Bot.* 68.

Horminum *Syriacum* Sclarea dicto congener, flore albo, àn Biſermas *Camerarij. HRP?* Gallitrichum exoticum flore magno albo. *JB. ibid.* 311.

Horminum pratenſe foliis ſerratis. *CBP.* Gallitrichum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris Sclarea, flore purpureo, cæruleovè magno, *JB. ibid.* 311. *Botanici noſtrates (ut optime notat Celeberr. noſter* Raius*) hactenùs per errorem habuerunt hanc plantam pro Hormino ſylveſtri vulgo in* Angliâ *proveniente, cum ſint omnino diverſæ. Horminum enim quod apud nos tam frequens ſponte oritur Hormini ſylveſtris* 4^ti. Cluſii 5^a. ſpecies eſt (*i. e.*) Horminum ſylv. Lavendulæ flore. *CBP. ex ſententia* Raji & noſtra. quod idem eſt Gallitrichis affini Maru ſi non genus aliquod, Sclareâ *Hiſpanicâ Tabern. JB. T.* 3. *l.* 28. 313. Item Gallitricho flore minore purpuraſcente, & rubro, *ejuſd. ibidem. Nihilo minus hoc ſylveſtre Herbariorum genus, lacet Sagaciſſimo noſtro Autore in* Angliâ *nunquam offendebatur, aliquando utut rariſſime apud nos etiam ſpontaneum occurrit, & idem videtur quod ſemel ſaltem (ſi narratoribus habenda ſit fides) in agri* Cantiani *Vivario* Cobhamenſi, *nuper inventum eſt.* Variat interdum flore albo, & foliis incanis: Indè.

Horminum pratenſe niveum foliis incanis. *CBP.* 238. Gallitrichum ſylveſtre flore majore albo. *JB. ibid.* 310.

Horminum Napifolium, *s.* auriculatum, hirſutis foliis, Stachydis odore. Horminum ſylveſtre latifolium verticillatum. *CBP.* Gallitricho affinis planta, Horminum ſylveſtre latifolium *Cluſio, JB. ibid.* 31.

Horminum latifolium *Canarienſe* piloſum, foliis alterno ſitu poſitis. *Phytogr. Tab.* 301. *fig.* 3.

Horminum ſylveſtre Salvifolium minus. *CBP.* 239. Gallitrichum glabrum folio Salviæ flore purpureo, *JB. ibid.* 312.

Horminum Scutellariæ facie craſſioribus foliis floribus dependentibus. Gallitrichum folio rotundiore, flore magno violaceo. *JB. ibid. Britannica* quorundam & *Fracaſtorij*, fortè Media inter *Betonicam* & Horminum ſylveſtre, *Britannica Fracaſtorij Ponæ, s.* Gallitrichum flore cæruleo *Bauhin. H. Patav.* à *Turre.* 18. à D. *Doody habuimus. Qui inter multas alias rariores ex* Hort. Patavino *collectas ſub titulo ſolitariæ* Britannicæ *accepit; Hoc idem eſſe ſuſpicor illâ ſideritidi querno*

*folio* Dalechampij, Lugd. *ſimili, quam eodem in Horto* Britannicæ *nomine, anno* 1578, *legit* Caſparus Bauhinus, *ut ipſe affirmat in* Pinac. 233. *Forte etiam* Sideritis altera Caſſidæ foliis flore cæruleo, *Wheleri Itinerar.* Meliſſa *Pyrenaica* caule brevi Plantaginis folio, *Turnefort. Elemens Botanique.* 162.

Horminum pratenſe foliis ſerratis, floribus dilutè cæruleis omnium minimis, *H. Leyd.* Gallitrichi (fortè) varietas. *JB. T.* 3. *l.* 28. 311. Horminum pratenſe flore minimo, *Schol. Botan.* 68.

Horminum minus album Betonicæ facie. *CB. Prodr.* àn Gallitrichum flore albo minimo. *JB?*

Horminum Verbenæ lacinijs anguſtifolium. *Triumfetti Obſ. Icon.* 5. Horminum minus, folio ſinuato flore minore dilutè cæruleo, *Moriſ. Prælud.* 273. Fortè etiàm Horminum anguſtifolium laciniatum. *CBP.* & in *Prodr. Monſpeſſuli* foliis Scolopendriæ modo diviſis legit Autor *Caſparus Bauhinus.*

Horminum flore minore, folio integro. *HRB.* 97. Horminum minus folio Betonicæ *Schuyl. Hort. Leyd.* 38.

Horminum valdè pumilum laciniatum, flore amplo cæruleo, D. *Sherard.*

Horminum rugoſo, verrucoſoque folio, cornu cervinum exprimente. *PBP. Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 5. Horminum *Syriacum* tomentoſum foliis Coronopi, *s.* profundè laciniatis, *Breyn. Prodr.* 2. Horminum rarum foliis laciniatis, *Rawolf.* in *Herbario Vivo*, & *Itinerar.*

Horminum *Arabicum* alatis foliis, flore rubello, *Hort. Oxon. Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 6.

Hormino accedens anguſtiſſimo folio *Maderaſpatenſis. Phytogr. Tab.* 194. *fig.* 7. *Ex Plantis ſiccis* du Boiſianis, *habuimus.*

HYACINTHUS ſtellaris ſpicatus, *s.* faſtigiatus, latâ depreſsâ ſpicâ, *Moriſ. Hiſt.* 2. 474. Hyacinthus ſtellaris ſpicatus cinereus. *CBP.* 46. Hyacinthus ſtellatus multiflorus cineracei coloris, *JB. T.* 2. *l.* 19. 583. Hyacinthus ſtellatus *Someri.*

Hyacinth. ſtellaris obſoletè cæruleus vel major. *CBP.* Hyacinthus ſtellatùs, *Byzantinus*, *JB. ibid.* 582. Hyacinthus ſtellatus *Byzantinus* nigrâ radice, *Park. Parad.*

Hyacinthus ſtellatus *Byzantinus* alter, *s.* flore Boraginis, *Park.* Hyacinthus ſtellatus *Byzantinus* alter elegantiſſ. ſerotinus bullatus, *JB. ibid.* 583. Item Hyacinthus rarus, *ejuſd.* ex ſententiâ *Raji.* Hyacinth. ſtellaris cæruleus amœnus. *CBP.* 46. Qui & Hyacinthum latifolium *Dalechampij quoàd Iconem* hùc refert. Hyacinth. ſtellaris *Byzantinus* Boraginis flore. *HRP.* 91.

Hyacinthus ſtellatus ſpicatus, floribus incarnatis, caule & folio Orchidis. Ex *Promontorio, Bon. Spei. Codic. Comptonian. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 4.

Hyacinthus ſtellaris *Africanus* latifolius floribus cæruleis parvis umbellatis, *Muſæi Cortenian.*

Hyacinthus *Peruvianus*, *JB. ibid.* 585. Hyacinthus *Indicus* bulboſus ſtellatus. *CBP.* 47. Hyacinth. ſtellatus, *Bæticus* major, vulgò *Peruanus.* Hyacinthus ſtellatus *Peruvianus* multiflorus floribus cæruleis, in rotundam metam faſtigiatis, *Moriſ. Hiſt.* 2. 375.

Hyacinth. ſtellatus *Peruv.* multiflorus, floribus niveis, viſu peramœnis, *Moriſ. ibid.*

Hyacinthus Eriophorus *Orientalis*, *Moriſ. ibid.* Bulbus Eriophorus *Orientalis. CBP.*

Hyacinthus floribus Campanulæ uno verſu diſpoſitis. *CBP.* 44. Hyacinthus *Hiſpanicus*

*Hiſpanicus* major flore Campanulæ inſtar, *Park. Parad.* Hyacinthus totus albus. Campanilla, *JB. T.* 2. *l.* 19. 586.

Hyacinthus *Hiſpanicus* obſoletus flore oblongo. Hyacinthus obſoletior *Hiſpanicus Anglico* ſimilis. *JB. ibid.* Hyacinth. obſoleto. flore. *CBP.* 44.

Hyacinthus *Orientalis* flore cæruleo pleno. *CBP.* 45. variat etiam fl. albo multiplici.

Hyacinthus *Orientalis* flore ſubcæruleo pleno maximus *Belgarum. HRP.* 91.

Hyacinthus *Orientalis* maximus. *CBP.* 44. Hyacinth. minor. πολυάνθες *JB. T.* 2. *l.* 19. 576. *variat flore albo.*

Hyacinthus *Indicus* minor, tuberosâ radice, *Park. Parad. Raji Hiſt. Pl.* 1164. Hyacinth. *Indic.* tuberoſus, flore Hyacinthi *Oriental. CBP.* 47. Hyacinth. *Indic.* tuberosâ radice, *JB. ibid.* 588. *Moriſ. Hiſt.* 2. 376.

Hyacinthus *Indicus* major, tuberosâ radice, *Park. Parad. Raji Hiſt. Plant.* 1164. Hyacinth. *Indicus* Autumnalis flore amplo albo odoratiſſimo, radice partim tuberosâ, partim bulbosâ, *Moriſ. Hiſt.* 2. *ibid.* Hyacinth. *Indicus* tuberoſus, flore Narciſſi. *CBP.* 47.

Hyacintho affinis tuberosâ radice *Africana*, umbellâ cæruleâ, inodorâ, *H. Leyd. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 1. Hyacinthus *Africanus* tuberoſus flore cæruleo umbellato, *Breyn. Prod.* 39.

Hyacinthus *Africanus* foliis Colchici, floribus coccineis major ex *Codice Bentingiano. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 2. Hujus varietas fortè ſit Omizochitl, *s.* Flos oſſeus, *Hernand.* apud *Recc.* 277.

Hyacinthus coccineus *Africanus* minor, flore longo cernuo ex *Codic. Bentingiano. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 3.

Hyacinthus *Africanus* Orchioides Serpentarius, folio ſingulari undato pilis ciliaribus fimbriato, floribus ex aureo punicantibus, *Codic. Comptoniani. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 5.

Hyacinthus *Africanus* Orchioides triphyllos, flore croceo Colchici Fritillarici, foliis undatis, capſulâ inflatâ; ex *Codice Comptoniano. Phytogr. Tab.* 195. *fig.* 6.

Hyacinthus racemoſus cæruleus major. *CBP.* 42. Item racemoſus latifolius ſpecioſior, *ejuſd. CBP. ibid.* Hyacinthus racemoſ. major latifolius ſpecioſior, Arbuteo flore cæruleo, *Moriſ. Hiſt.* 2. 372.

Hyacinthus racemoſus cæruleus minor latifolius. *CBP. ibid.* Hyacinthus Botryoides vernus minor latifolius, cæruleus inodorus. *JB. ibid.* 572. Hyacinthus botryoides cæruleus amœnus, *Lob. Icon.* 108. variat flore albo.

Hyacinthus racemoſus cæruleus minor juncifolius. *CBP.* 43. Hyacinthus vernus botryoides minor cæruleus, anguſtioribus foliis odoratus. *JB. ibid.* 571. variat etiam flore albido.

Hyacinthus racemoſus moſchatus. *CBP. ibid.* Hyacinthus odoratiſſimus, dictus Tibcadi & Muſcari. *JB. ibid.* 578. Hyacinthus botryoides major moſchatus, *s.* Muſcari flore cineritio *Park.* Hyacinth. racemoſus, *s.* Botryoides major, *s.* Muſchari majus, obſoleto albo flore, *Moriſ. Hiſt.* 2. 372. Dipcadi vulgò.

Hyacinthus racemoſus moſchatus luteus, *CBP.* 43. Hyacinthus odoratiſſimus, Tibcadi luteus. *JB. ibid.* 579. Muſcari flavo flore, *Cluſ. Hiſt.* Hyacinthus Botryoides major moſchatus, *s.* Muſcari flavo flore, *Parkinſon. Paradiſ.*

Hyacinth. comoſus major purpureus. *CBP.* 42. Hyacinthus maximus Botryoides, comâ cæruleâ. *JB. ibid.* 574.

Hyacinthus comoſus *Byzantinus*, *Cluſ. Hiſt.* Hyacinthus comoſus *Byzantinus* candicans cum ſtaminulis purpureis. *JB. ibid.* 583.

Hyacinthus comoſus albus, *Park. Parad.* Hyacinthus comoſus albus *Belgicus*; *CBP.* 42. Hyacinth. comoſus albo flore *Cluſ.* Hyacinth. comoſus albus, cum cæruleis ſtaminibus. *JB. ibid.* 584.

Hyacinthus pennatus, *s.* comoſus ramoſus elegantior, *Park. Parad.* Hyacinthus *Sanneſius* comâ, paniculoſâ *Column.* Hyacinthus comoſus, paniculâ cæruleâ. *CBP.* 42.

Hyacinthus comoſus ramoſus purpureus *Park.* Hyacinthus comoſus calamiſtratus *Cornuti, de Pl. Canad.* 210.

HYOSCIAMUS vulgaris. *JB. T.* 3. *l.* 34. 627. Hyoſciamus vulgaris, vel niger. *CBP.* 169.

Hyoſciamus albus, *JB. ibid.* Hyoſciamus albus major vel tertius *Dioſcoridis*, & quartus *Plinij CBP.* Itèm Hyoſciamus albus minor. *JB. CB. ibidem.*

Hyoſciamus *Creticus* luteus major. *CBP. ibid.* Hyoſciamus *Creticus* luteus minor, *JB. ibid.* 628. Hyoſciamus *Creticus* alter, *Cluſ. Hiſt.*

Hyoſciamus aureus, *Pr. Alpin. exot.* 99. Hyoſciamus *Creticus* luteus minor; *CBP.* Hyoſciamus quartus, *s.* albus *Creticus*, *Cluſ. Hiſt.*

Hyoſciamus puſillus aureus *Americanus* Antirrhini foliis glabris. *Phytogr. Tab.* 37. *fig.* 5. Fortè Hyoſciami albi *Ægyptij Veſlingiani* varietas minor ex *Americâ*. Hujus unam aut alteram plantam à ſeminibus ex *Americâ* delatis, curâ & vigilantiâ D. *Georgij London*, Regij nùnc Hortulani, & de rebus Botanicis optimâ meriti, pronatam conſpeximus.

HYPECOUM legitimum *Cluſii*, *Park. Theatr.* Hypecoon. *CBP.* 172. Hypecoon ſiliquoſum. *JB. T.* 2. *l.* 21. 899. Hypecoum ſiliquis erectis articulatis incurvis, *Moriſ. Hiſt.* 2. 579. Cuminum ſylveſtre alterum ſiliquoſum, *Icon. Lobelij.* 744.

HYPERICUM vulgare. *CBP.* 279. Hypericum vulgare, *s.* Perforata caule rotundo, foliis glabris, *JB. T.* 3. *l.* 29. 381.

Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum glabrum. *CBP. ibid.* Hypericum minus ſupinum, *JB. ibid.* 384.

Hypericum pulchrum *Tragi*, *JB. ibid.* 383. Hypericum minus erectum. *CBP.*

Hypericum ferè orbiculato folio, floribus amplis, pallidè luteis, petalis florum in ambitu crenatis. *Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 4. Hypericum Numulariæ folio. *CB. Prodr.* Fortè Hypericum folio breviore, *ejuſd. CB. Pinac.* Hypericum *Syriacum* & *Alexandrinum*. *JB. Tom.* 3.

Hypericum foliis parvis criſpis, *s.* ſinuatis *Siculum*, *Raji Hiſt.* 1018. Fortè etiam Hypericum minus toto caule elegantèr ramoſo, & criſpatis foliorum oris *Lælij*, *Triumfetti* apud *Fratrem.* 95.

Hypericon Montis *Olympi* foliis circà margines hirſutis, *Whel.* in *Itiner.* lib. 3. 221. Hypericum ſupinum tomentoſum minus, vel *Monſpeliacum CBP.* Hypericum tomentoſum *Lobelij*, *JB.* Androſæmum album *Dalechamp. Hiſt. Lugd.* Hoc autem *Lobelius* cùm Hyperico tomentoſo *Hiſpanico* majore *Cluſii* idem dicit, cujus

cujus ſententiæ accedit & *Raius* noſter; at *Cluſius* negat idem eſſe, & *Lobelium* ſibi injurium conqueritur, quod hanc plantam Hyperico ſuo *Hiſpanico* eandem eſſe aſſerat.

Hypericum *Virginianum* fruteſcens piloſiſſimum. *Phytogr. Tab.* 245. *fig.* 6. àn Hypericum fruteſcens, flore tetrapetalo decuſſato, *s.* Crux S. *Andrææ*, D. *Baniſt?*

Hypericum, *s.* Coris legitima Ericæ ſimilis, *Moriſ. Hiſt.* 2. 469. Coris lutea. *CBP.* 280. Hypericoides Coris quorundam, & Coris *Cretica*. *JB. ibid.* 384.

Hypericum, *s.* Coris *Olympiaca* foliolis criſpis ad caulium nodos numeroſis, confertim erumpentibus. Coris foliis criſpatis *Wheleri*, in *Itinerar.* àn Polium montanum pumilum tenuifolium *Africum*, *Park. Th.* 26?

Hypericum *Virginianum* parvum fruticoſum, ramulis equiſeti. Planta eſt bicapſularis ex flore pentapetalo luteo.

Hypericum Ericoides minimum, foliis cinereis ex *Hiſpaniâ*. *Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 5. àn Hypericum *Francorum* non ſcriptum tenuifolium, *Belluc. Ind. H. Piſan.* 28? Fortè etiàm Hypericum minus Ericetorum *Luſitanicum*, *Griſleij*. Invenit in *Hiſpaniâ D. Turneſortius. Foliola nimis longa pinguntur.* Hypericum (fortè) tomentoſum *Luſitanum* minimum. *Elem. de Botan.* 222.

Hypericum Androſæmum dictum. *JB. T.* 3. *l.* 29. 382. Androſæmum alterum foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides. *CBP.* 280. Hypericum majus, *s.* Androſæmum *Matthioli*, *Park. Th.* 576. Androſæmum alterum hirſutum, *Column. Ecphr.* 74.

Hypericum, *s.* Androſæmum perfoliatum, & perforatum. *CBP.* Androſæmum alterum *Apulum*, *Column. ecphr.* 78.

Hypericum elegantiſſimum non ramoſum, folio lato. *JB. ibid.* 383. Hypericum, *s.* Androſæmum bifolium glabrum perfoliatum non perforatum, *Moriſ. Hiſt.* 2. 471. Aſcyrum, *s.* Hypericum bifolium glabrum non perforatum. *CBP.* 280. Androſæmum *Matthioli*, *Park. Theatr.* 574. *quoàd deſcriptionem.* Androſæmum *Campoclarenſe*, *Column. ecphr.* 74.

Hypericum, *s.* Androſæmum magnum *Canarienſe* ramoſum, copioſis floribus fruticoſum. *Phytogr. Tab.* 302. *fig.* 1.

Hypericum *Chalepenſe*, anguſtis Roſmarini foliis. *Phytogr. Tab.* 302. *fig.* 2. Fortè Hypericum *Luſitanum* Linariæ folio. *Elemens de Botanique* 222.

Hypericum Alpinum magno flore nigris punctis inſignito, *Schol. Bot. Phytogr. Tab.* 93. *fig.* 6. Fortè Aſcyron magno flore. *CB. Prodr.* munere præſtantiſſimi viri, D. *Sherard.* accepimus. Hypericum (fortè) Alpinum humilius magno flore punctato, *Elemens de Botanique* 222.

Hypericum, *s.* Androſæmum fœtidum, capitulis longiſſimis filamentis donatis *CBP.* Ruta Hypericoides quibuſd. Sicilianæ affinis, *s.* Tragium, *JB. T.* 3. 384.

Hypericum maximum, Androſæmum vulgare dictum, *Raji Synopſ.* 143. Hypericum, *s.* Androſæmum maximum (quaſi fruteſcens) bacciferum, *Moriſ. Hiſt.* 2. 472. Androſæmum maximum fruteſcens. *CBP.* 280. Siciliana, aliis Ciciliana, vel Androſæmon, *JB. T.* 3. 385.

Hypericum, *s.* Androſæmon flore & thecâ quinquecapſulari, omnium maximis, *Moriſ. Hiſt.* 2. 472. *Qui* Aſcyrum magno flore. *CB. pro hujus Synonymo proponit.* Androſæmum *Conſtantinopolitanum* flore maximo *Wheleri Itiner.* Aſcyroides

roides *Cretica* major, *Park. Theatr.* & Aſcyroides, *Pr. Alpini exot.* ex ſententiâ, *Raji Hiſt. Pl.* 1017.

Hypericum, *s.* Androſæmum Aſcyrum dictum, caule quadrangulo glabro, *Moriſ. Hiſt.* 2. 471. Hypericum Aſcyrum dictum, caule quadrangulo, *JB. T.* 3. 382. Hypericon Aſcyron dictum quartum, *s.* Androſæmum hirſutum. *CBP.* 280. Sed male hoc genus denominat hirſutum; cum nulla in ejus caulibus, aut foliis hirſuties percipi poſſit.

Hypericum, *s.* Aſcyrum ſupinum villoſum paluſtre. *CBP.* Aſcyrum ſupinum ἠλώδης *Cluſ. Ger. emac. Hujus coma (attritu) ſanguineum ſuccum minime reddit,* ut recte *Cluſius animadvertit.*

Hypericum fruteſcens *Americanum* flore albo *Park.* vid. *Pruno affinis.*

HYSSOPUS ab unâ parte alba, altera viridis, *Lobel. Adverſar.* Hyſſopus *Anglica. CBP.* 218.

---

I.

JACEA maxima *Hieroſolymitana, Pr. Alpin. exot.* 282. Jacea latiſſimo laciniato folio. *CBP.* 272. Item Jacea *Babylonica, ejuſd. Prodr.* 129.

Jacea fruticans Pini folio. *CBP. Phytogr. Tab.* 94. *fig.* 3. Stœbe capitata Roſmarinæ folio *Ponæ, s.* Chamæpitys fruticoſa *Cretica Belli. JB. T.* 3. *l.* 25. 36. Stœbe fruticoſa anguſtifolia *Cretica, Park. Theatr.* àn Chamæpeuce, *Pr. Alpin. exot.* 77? à *Stœchadi citrinæ Affini, capitulis longioribus,* JB. *plurimum eſt diverſa hæc rariſſima planta, utcunque Celeberrimus noſter* Raius *eadem eſſe ſuſpicatur, cui Jaceam foliis anguſtiſſimis ſubtus incanis denominare placuit,* Hiſt. Pl. 326. *Illuſtrioris hujus plantæ nobile ſpecimen à Reverendiſſ. D.* Wheler. *ad exſculpend. impetravimus.*

Jacea major *Gerardi*; itemque Scabioſa flore purpureo *ejuſd. Raji Hiſt. Pl.* 325. Scabioſa major, ſquammatis capitulis. *CBP.* itemque Scabioſa major altera ſquammatis capitulis, *s.* Jacea rubra latifolia laciniata *ejuſd. CBP.* 269. Centaurium Collinum *Geſneri* flore purpureo. *JB. T.* 3. *l.* 25. 32.

Eadem flore albo. *CBP.* 269. JB. *ibidem.* Jacea laciniata alba, *Park. Theatr.*

Jacea nigra pratenſis latifolia. *CBP.* 271. Jacea nigra vulgaris, capitata, & ſquammoſa, *JB. T.* 3. *l.* 25. 27.

Jacea nigra vulgaris laciniata, *Park. Th.* 470. Jacea nigra laciniata. *CBP.* 271. Jacea *Auſtriaca* ſexta *Cluſ. Hiſt. poſter.* 7. Jacea cum ſquamis cilij inſtàr piloſis, *JB. T.* 3. *l* 25. 28.

Jacea latifolia *Virginiana* radice tuberoſâ, D. *Baniſter.*

Jacea anguſtifolia tuberoſâ radice *Virginiana,* D. *Baniſter.*

Jacea anguſtifolia minor *Virginiana* tuberoſâ radice, D. *Baniſter.*

Jacea ſquamato capite purpurea, foliis ad tactum glutinoſis. àn Jacea nigra, ſquamoſo capite major. *CBP.* 271? Jacea montana ſquamoſa major, ſemine nigro,

*JB. T.* 3. *l.* 25. 29. Jacea montana *Auſtriaca* major, *Park. Theatr.* Fortè etiam Stœbe *Salamantica* tertia *Cluſii*.

Jacea nigra ſquamoſo capite minor. *CBP.* 271.

Jacea cum ſquamis pennatis, *s.* capite villoſo, elatior, *JB. Tom.* 3. *l.* 25. 29. Jacea *Auſtriaca* villoſo capite, *s.* quarta elatior *Cluſii*, *Hiſt.* 2. Jacea latifolia capite hirſuto. *CBP.* 271. Jacea *Pannonica* capitulo criſpo *Camerar. Hort. Medic.* 78. Cyanus ſylveſtris Κυανωστόφυλλος *Thalij Harcyn.* 29.

Jacea cum ſquâmis pennatis, *s.* capite villoſo humilior. *JB. ibidem.* Jacea montana villoſo capite, *s.* quinta *Cluſii*, *Hiſt.* 2. *fol.* 6. Jacea anguſtifolia capite hirſuto. *CBP.* 271.

Jacea incana Cyani majoris folio, in aculeum definente, ſquamis cum ciliaribus nigris. *Phytogr. Tab.* 38. *fig.* 4. àn Jacea nigra anguſtifolia, vel Lithoſpermi arvenſis foliis. *CBP?* quæ prima in *Prodromo.* Item Jacea nigra anguſtifolia altera, foliis longioribus lanuginoſis *ejuſd. CB.* in *Prodr.* Fortè etiam Jacea minor foliis aculeatis, Cyani majoris nomine miſſa, *ejuſdem* in *Pinac.* àn Cyanus Alpinus capite pennato, *Schol. Bot.* 210?

Jacea *Monſpeſſulana* cui in ſquamis fibræ nigræ, interdùm acaulis, *JB. T.* 3. *l.* 25. 29. Jacea humilis Hieracij folio. *CBP.* Fortè Jacea *Hiſpanica*, *Pr. Alpin. exot.* 313. *variat flore albo & purpureo.*

Jacea *Luſitanica* ſempervirens, *Moriſ. Prælud. Botan.* 276. Jacea elatior *Luſitanica Boccon. Icon. & Deſcript.* 72. Jacea *Luſitanica* maxima ſempervirens, *Dodart. Memoir.* 85.

Eadem minor & humilior.

Jacea laciniato Sonchi folio, *s.* latifolia purpurea, capitulo ſpinoſo. *CBP. Phytogr. Tab.* 39. *fig.* 1. *Ex capitulorum ſquamis, ſpinulæ plures pulchro ordine ſtellam dimidiatam referentes, atque deorsùm tendentes exeunt, quarum media cæteris latior & longior evadit.*

Jacea marina *Bætica Parkinſono. Phytogr. Tab.* 94. *fig.* 1. Jacea purpurea maritima, capitulo ſpinoſo *Neapolitana Raji Cat. Exter.* 59.

Jacea ſpinoſa Sonchi, anguſto folio maritima minor, ad ſquammas capituli ſpinulis plurimis. *Phytogr. Tab.* 38. *fig.* 3.

Jacea *Tingitana* Centauroides, echinato capite villoſo, ex unaquâque ſquamâ plurimis aculeis circularitèr radiatis. *Phytogr. Tab.* 38. *fig.* 5. *Huc proxime accedit, & ni fallor eadem eſt*, Jacea capite longis aculeis ſpinoſo. *CBP. Quam iſte Vir magnus, & in arte* Botanicâ ὁ τρισμέγιστος, à Jaceâ montanâ echinato capite *Cluſii diverſam recte pronunciabat*; Centaurij marini *nomine ad* Caſparum Bauhinum D. Doldius *miſit.*

Jacea montana, alato caule purpurea, ex ſingulis capitulorum ſquamis, ſpinulis plurimis in hemicyclum diſpoſitis. *Phytogr. Tab.* 38. *fig.* 2. Jacea montana purpurea, echinato capite, *Park. Th.* 473. Jacea Cyanoides echinato capite. *CBP.* Jacea montana, echinato capite, *Cluſii.* Fortè etiam Jacea capitulis hirſutis *Boelij, Ger. emac. Sub hoc enim titulo multis abhinc annis & à D.* Edw. Morgano, *viro in rebus* Botanicis *haùd infimæ notæ, accepimus.*

Jacea Sphærocephala ſpinoſa *Tingitana Sutherland. H. Leyd.* 333.

Jacea latifolia, caule alato, capite magno turbinato, multiplici aculeo deflexo è ſqua-

